829.312/

Y VIII. 6.

VIII

8.

PHYSIOLOGICON

COMPLEXVM

HISTORIAM

NATVRALEM.

PHYSIOLOGICON

COMPLEXVM

HISTORIAE NATVRALIS REGNA TRIA.

AVTORE I. B. M.

SIGILLUM
BIBLIOTHECAE
CONVENTUS
BAJENSIS

BVDAE,

TYPIS REGIAE VNIVERSITATIS

M. DCC. LXXXI.

829.312/1
ORSZ. SZÉCHÉNYI KÖNYVTÁR
2005

ZOOLOGICON.

COMPLEXVM

HISTORIAM NATVRALEM

ANIMALIVM.

AVTORE

IOAN. BAPT. MOLNÁR,

*Abb. Belae Fontis S. C. R. et Ap. M. C. C. E. Sab. C.
A. L. et Human. Direct. in R. Vniu. Budenſ. A. L.
Phil. et S. Theol. Doct. Senat. Reg. Aſſeſſ.*

BVDAE,

TYPIS REGIAE VNIVERSITATIS.

MDCCLXXX.

ZOOLOGICON.

DEDICATIO.

Ordinibvs diſtincta ſuis Animalia, noſtris
Cognita praeſertim terris: pecudesque, ferasque,
Et varias volucres, laetantia quae loca aquarum
Concelebrant circum ripas, fontesque, lacusque,
Et quae peruolgant nemora auia peruolitantes:
Quid quid vere nouo Laruarum euoluere cunis
Se ſolet; et quidquid Conchis nos paſcit apertis,
Hinc canere incipiam; Cari, Flaccique ſequutus
Sermoni propiora, et Muſam ſuauiloquentem;
At non veri inopes verſus, nugasque canoras;
Lucida de obſcuris prompturus carmina rebus. (1)

Carole Palffiadvm noua Lux, cui ſanguis auitus,
Felicique Ducum belli de ſanguine ductus,
Gratia Reginae, meritorum illuſtris aceruus

---

(1) Carvs Lvcretivs. (quem docte refellit *Polignacus.*) De Rerum Natura L. 2. p. 347. *Piſaur.* (*Polignaci Antilucretio* vtor Edit. Venet. 1749.

Idem L. 1. pag. 343. Horativs Libr. 1. Sat. 4.

CELSA Miniſtrorum Regis ſubſellia ſtrauit;
Atque Aulae reſerare fores concedit: vt alto
A SOLIO, velum Te diducente, THERESAE
Clementes radii Hungarico ſpargantur in orbe;
Accipe pacato noſtra haec molimina vultu;
Et ſubſterne THRONO, quo nunc mandante, PRIORI,
(Auguſto augurio) BVDENSEM PALLADA SEDI
RESTITVIS, firmaque iubes conſiſtere in Arce.
Hanc lucem celebret vario facundia plauſu;
Materies tueatur opus. Nos, forſan, Athenis
Hiſce nouis nihil indignum praeſtamus, Honori
Quando Tuo, et per Te, Regis cupide illa dicamus,
Quae tractata ſolent cunctis decus addere Athenis.
Incoeptis grauibus quae ſit ſpes, Acta probabunt,
Conatusque noui; et variae, quas tradimus, Artes
Adfectae; e modicis ad magnum culmen iturae.
Te vero Legatum ad tanta exordia rerum
Conſtituenda, quid oblectet nunc dulcius, ac, cum
Spes non vana iubet variis ediſcere ſignis,
Pignora, quae ſic porrigimus praeſaga futuri?

ATQVE vt dicamus noſtro propiora labori;
Aſpice Palladiae noua iam ſpectacula ſedis,
Per longos Aedis tractus, imosque receſſus,
E ſyluis, lacubus, de montibus, aëre, corte,
De venis lapidum, plantarum mille figuris:
Quantam illic ſtruxit gazam! quantamque perita
Illa manus ſpondet, cuius cura, arte, libroque
Vnius, haec congeſta tenent miracula Muſae.
Adde opus immortale Viri, cui Ruſtica Flora,

Cumque Lyaeo, omnes Fauni, Dryadesque coronam
Iam dudum texunt, frontique imponere certant.

His igitur ducibus nos freti, horumque Magiſtris,
Iliadem nuce clauſuri, memorique tabellae
Regnum ingens inſcripturi, promiſſa ſequemur.
Vatum etiam veterum ſacra per veſtigia niti
Sit mihi fas, et adire per haec, ſacraria mentis
Diuinae. In cunctis immenſa potentia rebus,
Et puro ſpectata oculo ſapientia ſe ſe
Exhibet; officiumque ſibi depoſcit amoris. (1)
Sit fas vna etiam noua permiſcere vetuſtis,
Et noua cum priſcis; Priſcorum inſcribere verbis. (2)

(1) Vide THEOPHILVM ANTIOCHEN. ad Autolycum. Edit. S. Mauri.

(2) APOLOG. Si Flacco licuit, veterum reprehendere verbis,

Quae vitio adſcripſit; nec non laudare probanda;
In medium adlato, vatis cum nomine, metro:
Cum doceo, exemplo libet vno ſaepius vti.
Quamquam, id non vnum eſt. Laudem magnam Ennius vna
Obtinet, et dictum egregie producitur ad rem
Hinc illud Flacci: Poſtquam diſcordia tetra
Belli ferratos poſtes, portasque refregit.
Sic ſunt Virgilio quamplurima nata: ferenti
Vlnis ambabus veterum excellentia metra
In cumulum diuinae Aeneidos: Ennius illic,
Furius, et Carus, nec non fons ingeniorum,
Troiani Scriptor belli, ſua carmina, verbo

Non immutato adnumerant; vt ſcripta loquuntur. (a)
Exemplo Columella ſuo non diſſidet iſtis: . . .
Aruorum cultus, inquit, Syluine, docebam
Syderei Vatis referens praecepta Maronis. (b)
Et ne compilem cunctorum ſcrinia Vatum,
Tam ſequor exemplum, quam ſum fortaſſe daturus.

(a) Ex Macrobii Satvrnal. L. 6. a pag. 571. Lips. 1779.
Aeneid. IV. Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.
Ennivs in I. Qui coelum verſat ſtellis fulgentibus aptum.
Idem in X. Et nox proceſſit ſtellis ardentibus apta.
Aeneid VIII. Tu que o Tybri, tuo genitor cum flumine ſancto.
Ennivs in I. Tu que pater Tyberine, tuo cum flumine ſancto.
Aeneid. XII. . . Summa nituntur opum vi.
Ennivs in IV. Romani Scalis ſumma nituntur opum vi.
Aeneid. VIII. Quadrupedante putrem ſonitu quatit vngula Campum
Ennivs in VIII. Conſequitur, ſummo ſonitu quatit vngula terram.
Aeneid. VI. Vnus qui nobis cunctando reſtituit rem.
Ennivs in XII. Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem etc. etc.
Aeneid. III. Ingeminant abruptis nubibus ignes
Lvcretivs in II. Nunc hinc, nunc illinc abruptis nubibus imbres, etc.
Aeneid. IV. Tithoni croceum liquens aurora cubile.
Fvrivs in I. Interea Oceani linquens aurora cubile.
Eclog. VIII. Dicite Pierides, non omnia poſſumus omnes.
Lvcilivs in V. Maior erat natu. Non omnia poſſumus omnes.
Aeneid. VI. Fixit leges pretio, atque refixit.
Varivs de morte. Fixit leges pretio atque refixit.
Aeneid. V. - Magna oſſa lacertosque.
Lvcilivs in XVII. Magna oſſa lacertique.
Aeneid. X. Haeret pede pes, denſusque viro vir.
Fvrivs in IV. Preſſatur pede pes, mucro mucrone, viro vir.
(b) Colvmella. L. 10. De cultu Hortor. p. 994. Lipsiae etc. etc.
Boskovits L. 2. de Defect. pag. 146 148. 189. fuſe intexit ſuis Lucretianos, et Virgilianos verſus.

PARS I.

§. I.

Animalium notio generatim.

DIVISIO CLASSIS PRIMAE IN LACTANTIA ET AVES.

Omnia cum Deus e nihilo producta, diremtis
Litibus euoluit, coecoque exemit aceruo,
Diſſociata locis concordi pace ligauit.
Tum, quae preſſa diu maſſa latuere ſub ipſa,
Sidera coeperunt toto efferueſcere coelo.
Iam vigiles mundi, magnum et verſatile templum,
Sol, et Luna ſuo luſtrabant lumine circum. (1)
Neu regio foret vlla ſuis animalibus orba,
Ceſſerunt nitidis habitandae piſcibus vndae:
Terra feras cepit, volucres agitabilis aër.
Sanctius his *Animal*, Mentisque capacius altae
Deerat adhuc, et quod dominarì in cetera poſſet.
Factus homo eſt, (2) animam e nihilo, de puluere membra
Nactus, et Autori ſimilis, ſibi Coniugis ortum
Deberi ſtupet, ac genitam ſine matre parentem.
Pronaque cum ſpectent Animalia cetera terram,
Os homini ſublime datum eſt; coelum ille tueri
Iuſſus, et erectos ad ſidera tollere vultus.
Cetera cum pereunt Animalia, ſpiritus vna,
Fine ſuo excuſſus, tenues vanescit in auras,

(1) V. Metamorphos. L. I. Lucret. L. v. fin.
(2) Ovidius. L. laudato.

Et perit; Humanus; quamquam mors corpora ſoluat,
Durat, et a vita nunquam auelletur habenda.

At nos de reliquis praeſertim Animalibus orſi,
Ad ſeries horum certas, claſſesque vocamur.
Ordo autem nobis, de corde et ſanguine, totus
Ducetur. Quibus hic venas calidusque, ruberque
Permeat, et duplex auris, loculusque tenet cor,
(Quale eſt nempe *Animal Lactans*, *Auiumque* caterua)
Ordine dicentur primo; generique quod omni
Conùeniet, poſtquam in lucem ponemus apricam,
Singula, ſiue domi, ſeu ruri nata, canemus. (1)

Vitae inſtrumentum cor habent animalia primum,
Ouisque, aut viuo foetu ſe cuncta propagant:
E duplici regno ſumendo pabula, creſcunt.
Vertunt ſe fluuii, frondes, et pabula laeta
In pecudum carnes, pecudes ſe in corpora noſtra
Tradunt; quin noſtro de corpore ſaepe ferarum
Augescunt vires, et corpora pennipotentum. (2)

§. II. *Ordines Animalium varii.*

Primas, Bruta, Ferae, Pecus, et Glis, Bellua, Cete,
Nomina ſunt, quibus includi *Lactantia*, mos eſt.
Primores, hominum quaedam ſimulacra ferina
Complectuntur. In hac ſpectatur Simia claſſe

(1) Vid. Piller in L. qui inſcribitur: *Elementa Hiſt. Nat.* et in Theſibus anni 1778.

(2) Lucretius L. 2. pag. 351.

Quaelibet: Orangus, Papion, et Cercopithecus. (1)
Brvtvm, cui lanios nullos natura creauit,
Dictum eſt nonnullis Elephas; at multa marina
Monſtra huc pertineant illorum ex mente, neceſſe eſt.
Bellva, quidquid Eqvo, Porco, vel Rhinoceroti
Perſimile eſt, propter dentes vocitatur iisdem.

Nos his, in medio, certa ex ratione, relictis,
Lactantes quaſuis Animantes, ordine ducto
A gregibus pecorum, ſic deſcribemus, vt ante
Per cicures, quam non cicures mens noſtra feratur.
Extera perpaucis ſatis eſt Animalia ſignis
Prodere, ne penitus ſint ignorata legenti.

§. III. *Animalia non exiſtentia.*

Centavri nunquam fuerant; neque tempore in vllo
Ex alienigenis membris compacta poteſtas,
Eſſe ſolet. Canibus ſuccinctae ſemimarinis
Corporibus Scyllae; tum cetera de genere horum;
Inter ſe quorum diſcordia membra videmus,
Nunquam floreſcunt pariter, neque robora ſumunt
Corporibus, neque proiiciunt aetate ſenecta.
Flamma quidem vero cum corpora fulua Leonum
Tam ſoleat torrere, atque vrere, quam genus omne
Viſceris, in terris quodcunque et ſanguinis exſtet;
Qui fieri potuit, triplici cum corpore vt vna
Prima Leo, poſtrema Draco, media ipſa Chimaera
Ore foras acrem efflaret de corpore flammam? (2)

(1) V. Linnevm Tom. 1. pag. 158. 444. *Norinbergae* an. 1773. Germanice.

(2) Lvcretivs L. V. pag. 378.

§. IV. Classis I. Lactantia.

Animantes Primores.

Simia diſſimiles homini, ſimilesque videtur
Artus oſtentare, gerens a fronte, remiſſas,
Ac planas nares, rugis perarantibus ora;
Totaque conuelans flauenti corpora villo. (1)
Vrang Outangus quam plurima ſigna referre
Ex Hominum vultu, digitis, reliquisque videtur
Articulis. Genus hoc expers caudae, Africa nutrit,
Et ſemoti Aſiae montes, ſyluaeque morantur.
Cauda quibus breuis eſt, Pavionum nomina geſtant.
Oedipus a cauda, qua circumuoluitur, ampla,
Crinibus et canis, celebratur; ab auribus autem
Praelongis, caudaque, Midas; barbata Diana eſt. (2)
A Surinamenſi populo, ſaltare, lauare,
Ferre ſcyphos, agitare veru; quin plura, docentur. (3)
Saepe ab odoratis decuſſit Simia ramis
Cinnama, thura, piper, Copaibica balſama, ſtacten.

§. V. Bruta, et Bellvae.

Qvid dicam anguimanis de Elephantis? India quorum
Millibus e multis vallo munitur eburno:
Vt penitus nequeat penetrari. Tanta ferarum
Vis eſt, quarum nos perpauca exempla videmus.

(1) V. Ovidium Metamorph. L. XIV. n. II.
(2) V. Linnei Tom. I. pag. 128.
(3) Fermins Beſchreibung der Kolonie *Surinam. Berlin.* 1775. *pag.* 119.

Nempe Boves Lucae, turrito corpore tetri,
Norunt permagnas Martis turbare cateruas. (1)
Poſt domitos thyrſis ortus, Gangemque ſubactum,
Mite vltro ſubiere iugum, currusque Lyaei.
Submiſſis genibus, porrectisque arte corollis,
Purpureos Reges, Auguſtaque ſceptra ſalutant. (2)
Non obtuſa gerunt, doctisque aliena Camoenis
Pectora, ſed memori retinent ſibi tradita mente.
Sermoni auſcultant patrio, parentque monenti.
Quod ſi forte ſui ediſcunt praecepta magiſtri
Tardius, haec ſecum noctu meditata requirunt.
In numerum ludunt, et flectunt mollia certis
Membra modis, vnctaeque cient ſimulacra palaeſtrae.
Addo, per extentum ſolitos incedere funem,
Sublimesque gradus librare per aëra, vulgo
Attonito, fruſtraque graues metuente ruinas.
Quid? quod et ingreſſos plenis conuiuia menſis,
Accubitum perhibent ſpondas tranſiſſe per omnes,
Nec tamen e coetu quemquam ſtrinxiſſe frequenti,
Cum ſummis ſuſpenſa toris veſtigia ferrent?
Procedunt quoties motis ad pabula caſtris,

(1) Lucretius L. 2. pag. 348. Idem. L. 5. p. 381. Plinius Hiſt. Nat. L. VIII. pag. 437. Elephantos Italia boues Lucas adpellauit. Copaiba Americanum, albumque balſamum.

(2) Martial. In ſpectac. Epigr. 17.

Quod pius, et ſupplex Elephas, te Caeſar, adorat,
Hic modo qui Tauro tam metuendus erat,
Non facit hoc iuſſus; nulloque docente Magiſtro,
Crede mihi, numen ſentit et ille tuum.

Maximus agmen agit; cogit, qui proximus aeuo:
Ignotoque acies nunquam committitur amni:
Quin rapidi explorent vada gurgitis ante minores.
Si quis in occultam fraudem delapſus, et altis
Inciderit foueis: tum ſedula turba profundam
Congeſtis properat ramis aequare lacunam:
Incolumen vt tandem ſociis ſolertia reddat.
Errantem ſolis hominem deducere ſyluis,
Ac monſtrare viam pueris, et parcere norunt;
Iuſta laceſſitos licet exſtimulauerit ira.
Contenti modico viuunt, minimumque ſopori
Indulgent: ideo paucis obnoxia morbis
Corpora Neſtoreae veniunt ad fata ſenectae.
Otia ſectantur; ſed, ſi eſt ad praelia ventum,
Palmae ardent ſtudio, flagransque cupidine laudis.
Quid referam dentes? ſeu dicere cornua mauis,
Phidiacae famam artis, ebur, ſignum vnde Tonantis,
Oraque Cecropio fecit ſpirantia celo?
Hos, ſimul exhauſtae nequeunt defendere vires,
Inſidiaeque vrgent, et ſpicula denſa latronum,
Arboris impingunt trunco, fractosque relinquunt;
Caſtoreo vt redimant vſuram luminis aſtu. (1)
Dens ebur eſt tantum, ſuperatque hunc Rosmaricus dens;
Et dens eius equi, cui graecum a flumine nomen. (2)
Diſſimilis, ſimilisque Sui: pede ferme Elephanti

(1) Ioannes Passeratius in Notis Harduini ad Plinii Hiſtoriae Naturalis Librum VIII. pag. 486. Edit. Nouae Tom. 1. Pariſ. 1741. V. Pásztor-Ember. op. noſtrum pag. 101. Poſon.

(2) Vide Lineum. Tom. 1. pag. 171. de Hippopotamo.

Aemulus: immenſo breuis eſt in corpore cauda.
At digitum a tabula. Curare domeſtica, noſtrum eſt.

§. VI. Pecora generatim.

Bos, Ovis, et Caprae, pecoris cognomine nota,
Fiſſum vnguem, ſuperam maxillam dente carentem
Oſtentant; et quadruplici ſunt praedita Ventre:
Ingluuie, Reti, nec non et Omaſo, Abomaſo.
His inſtrumentis cogunt per rumina ſebum.

§. VII. Pecora Domestica.

Bos quanto altior eſt, tanto maiora vibrare
Cornua fronte ſolet. Vituli, Vaccae, atque Iuuenci,
Lacte, pilo, obſequio, corio, carne atque butyro;
Praeterea, vngue, fimo, quot praeſtent, cernimus, vſus.
Magno naturae dono Lac cuncta venena
Edomat; exceptis, quorum vis conſtat acore.
Ignotus ſudor, vel copia nobilis eſcae,
Saepe graui ſcabie correptos aſperat artus,
Ergo lutum prodeſt membris adhibere fricatis;
Nec pudeat tractare fimum, quem Bucula fudit.
Ne tamen obtures, caue, laxamenta pororum.
Nec ſumendum imis medicamen reſpue venis. (1)

Viribus, et lactis ſuperat pinguedine Vaccas
Bubalis; at rubro in furias conuersa colore,
Vndarumque nimis cupiens, quo immergere ſe ſe

(1) Serenus Samonicus De Medicina n. 7. p. 129. Tom. IV. Poet. Piſaur. Rátz Prof. Med. Budenſis.

Cum plauſtris, amat; officium perferre recuſat.
Tractant hanc Itali felicius: ire gregatim
In campos, et rura ſinunt; doctaque canum vi,
Cum labor id poſcit, ſub mulctram, et aratra reducunt.

Vidimvs et Tavros, quibus aut ceruice leuata
Deformis ſcapulis torus eminet, aut quibus hirtae
Iactantur per colla iubae; quibus aſpera mento
Barba iacet, tremuliſque rigent palearia ſetis. (1)
Foenum habet in cornu cum Taurus, tu fuge longe. (2)
Vulgo omnes trepidi. Terret noua purpura Tauros. (3)

Vere nouo tenerum cum Bos diſtinguere gramen
Non queat, a foeno pecus exegiſſe cauebis.
Noxius humor aquae ſtagnantis; noxia rore
Herba madens, Equiſeti vis, folia obuia quercus. (4)

Non alia melius pecori ratione Colonus
Conſulet, vt primum peſtis primordia ſenſit,
Quam, ſi mactatum terra obruat. Id, quod eodem
Concluſis ſtabulo (quamquam ſana eſſe putentur,
Conuictu tamen adflatis) decernat, oportet;
Quantumuis gemat. Haec vna eſt medicina malorum.

---

(1) Calpvrnivs apud Harduin. in Not. Plinian. *ad L.* 8. *p.* 442. *V.* Mitterpach. *Rei Ruſt. parte* 2. *pag.* 207.

(2) Horativs. Sermon. L. 1. Sat. 4. pag. 231. Patav.

(3) Ianvs Pannon. in Panegyrico Marcelli Ven. p. 75. Budenſ.

(4) Eqvisetvm. Ló-fark-fü. Kandelwiſch. V. Mitterp. Tom. 2. p. 249. Vervex Ürü; herélt Kos, Berbéts.

Id toti Hallervs, quantus vir! praedicat orbi. (1)
Albus apex, radice rubens quod ſi vlcera ſignet,
Spiritus aut e vitriolo, aut vis fortis aceti
Inſerta in fauces, prodeſt cum melle roſarum. (2)

LanamOvibvs, Caprisqve pilos natura creauit.
Mater Ouis: mas eſt Aries: caſtratus at idem
Fit Veruex: teneros foetus vocitabimus Agnos.
Anglia paſcit Oues, quales habet Vngara tellus,
Namque in vtroque loco cornu fert ſexus vterque

Cornva flexa Aries retrorſum, tortaque geſtat:
Strepſiceros (Ovivm ſpecies) ea more carinae
Torta, et recta gerit, dignus, qui liberet Vtin
Antro egreſſurum, plexumque in vellera ventris. (3)

Vellere, lacte, fimo, exuuiis, Ovis vtilis: adde
Carnem, adipem, ſed ſtrepſicerotis delige pellem.
Noxia velleribus, ſordes, ſpineta, calores:
Vicini pecoris contagia: roſcida planta;
Tum limoſa palus. Montana cacumina paſtor
Diligat, et fontes, vbi frigus captet opacum: (4)
Herbas rite etiam norit, quibus arceat Agnos.
Tales ſunt, anemone, equiſetum, et cetera plura. (5)

(1) V. Mitterpacher in op. proxime vulgando de Luce Pecorum.

(2) Rátz Profeſſor Medicinae in R. Vniuerſit. Budenſ.

(3) Odysseae L. 9. a v. 432. pag. 235. Patav. edit. Bergleri. Atque hae ſunt noſtrae Hungarorum ordinariae Oves. V. Mitterp. Tom. 2. p. 299.

(4) Virgilivs Ecloga 1. v. 53.

(5) Anemone Erdei pattats. Waldhahnlein.

His veteres tradunt quaedam contraria. CARVS:
Saepe in colli, inquit, tondentes pabula laeta
Lanigerae reptant pecudes, quo quamque vocantes
Inuitant herbae, gemmantes rore recenti;
Et ſatiati agni ludunt, blandeque coniſcant. (1)
MARCVS ſic calamos Epiphuni in verſibus inflat:
Incipe, dum ſalices hoedi, dum gramina vaccae
Detondent, viridique gregem permittere campo
Et ros, et primi ſuadet clementia Coeli. (2)
Roſcida Plantarum poſſunt fortaſſe toroſo
Concedi pecori; ſed noxia crede capellis. (3)

MAS CAPRA barbigera eſt, HIRCI quoque nomine nota.
Foemellas Capras, et pullos dicimus Haedos. (4)
Dant Euphrataeis lintres; cuicunque natanti;
Quin et conſeruando oleo, vinoque ferendo
Dant vtres Hirci. Tenuis textura pilorum,
Veſte camelina multos exornat: iisdem
Saepe recaluaſtri gaudent explere capillos.
Nouimus et clauſas hircinis follibus auras
Vsque laborantes, dum ferrum molliat ignis.
At mihi, ſeu longum poſt tempus venerit hoſpes;
Siue operum vacuo gratus conuiua per imbrem
Vicinus, bene erit non piſcibus vrbe petitis,

(1) LVCRETIVS. L. 2. p. 347.

(2) MARCVS AVREL. NEMESIANVS Ecloga. 1. pag. 142. Tom. 4. Poet. Piſaur.

(3) RÁTZ Profeſſ. Medicin. in Vniuerſ. Budenſ.

(4) HOEDVS. Gödöllye, Ketskebak.

Sed pullo, atque haedo: tum penſilis Vua ſecundas,
Et nux ornabit *menſas*, cum duplice ficu. (1)

Mobile Sus roſtrum, dentemque, oſtentat, et vnguem.
Huic *lardum* eſt proprium. Nec ab hoc diſtinguimus Aprum.
Rancidum aprum antiqui laudabant; non, quia naſus
Illis nullus erat; ſed, credo, hac mente, quod hoſpes
Tardius adueniens, vitiatum commodius, quam
Integrum edax dominus conſumeret. Hos vtinam inter
Heroas natum tellus me prima tuliſſet! (2)
Scopas ſeta parat; pellis ciſtasque, librosque
Obducit: ter ſex foetus Scrofa vnica fundit.
Si cui villa Sues educere forte recuſet,
Deſperet magno quaeſtu pecuaria poſſe
A ſe tractari: quid enim terra illa creabit,
Quae nec vile ſerum, nec olus praebere queat, nec
Quaecunque immundis ſordent effuſa culinis? (3)
In Sue naturam gula vincit edacior: ipſam
Mater *enim ſtimulante* fame, vorat improba prolem.
Exerto ſemper frendens in vulnera dente.
Campos, prata, ſolet immerſo incidere roſtro.
Atque volutabris fruitur, foediſſima rerum.
At quamuis ipſa ſpurce verſetur in eſca,

(1) Horatius Sermon. L. 2. Satyra 2. p. 276.

Antilopas (genus ex Hircorum, et Ceruorum characteribus quiddam referens) Vide in ſupplemento Linnei. pag. 52.

(2) Horatius Sermon. L. 2. Sat. 2. p. 275.

(3) V. Mitterpacher. Rei Ruſt. Parte II. cap. 8. de Re Pecuaria. a n. 368. pag. 313. Bud.

Sordibus et ſtabulo tamen adflictatur aquoſo.
Scrofam quamque, ſuo claudes, mundoque cubili. (1)

Inter Equos, Aſinum, Mulum, volucremque Caballum
Dentes conſtituunt. Equus his primoribus ambas
Bis tribus exornat maxillas: octo molares
In tria duc: laniatores ſunt bis duo tantum.

Ingentes Mulo auriculae: crimen extima geſtat
Cauda: Aſino multo maiorque, ac fortior idem
Praecipites ſuperat calles; at frigora non fert.
Iugera plura colent, grandes, par nobile Mulae,
Quam iuga terna Boum; pinguis niſi gleba requirat
Acre miniſterium, natosque ad fortia Tauros.
Neſcia difficili nam cedere Mula labori,
Rumpitur, arentes nequeat ſi frangere glebas.
Illa viatorem dorſo phalerata quieto
Fert alacris, placido greſſu per acerba viarum. (2)

Pabula des Aſino, quamuis viliſſima, praeſtat
Officium: calidis mole, et vi creſcere regnis
Adſolet; ac ſumtum compendia praebet egenis.
Namque famis patiens, foliis, herbaque paluſtri
Veſcitur, obiecto ramorum faſce, rubiſque
Es paleis etiam gliſcit; neque nouit inertes,
Qui maiora ſolent armenta inuadere, morbos.
Mancipiis autem natus licet ille vehendis,
Geſtitat et Dominas, queis nondum priſca parentum

(1) V. Vanierii Praedium Ruſticum L. 4. pag. 82. *Tyrnau.* Hunc felici calamo in Hexametra Hungarica nuper tranſtulit D. Szabó Profeſſ. Human. in Acad. Reg. Caſſouienſi.

(2) V. Vanierivm. L. 3. pag. 60.

Simplicitas

Simplicitas odio eſt; phaleris tamen ille ſuperbus,
Atque ſui ſaepe oblitus, petulantior, abdit
Inter genua caput; ſimul et ſinuoſa tetorquens
Membra procax, dorſum mouet in ſublime, ſedili
Excutiens equitem, coeno quem mergit in alto;
Accitamque rudens vocat ad ludibria plebem.
Interdum media Seſſorem detinet vrbe;
Et luteos rodit caules, frondemque ſalignam,
Inrequieta parum curans hortamina vocis,
Inflictasque ſibi nodoſo robore plagas. (1)
Vidimus ex Aſino piſcis pellem eſſe paratam. (2)

Vis, color, et moles variis diuerſa Caballis.
Praecipuum iam inde a teneris impende laborem.
In delectu, animos, acuumque notabis Equorum
Praecipue; hinc alias artes, prolemque parentum;
Et qui cuique dolor victo, quae gloria palmae. (3)
Denſus adeps, collo et ventri detractus Equorum,
Praecipue a *Gallis olei* tenuatur in vſum.
Hoc inſtructa micat lampas viuacius igne,
Quam commune oleum ſoleat praebere; iuuatque,
Quos caligo premit; labor aut deductior vrget. (4)

Emtvm quando pecus de pingui abducitur agro,
Deforme et macrum fruſtra gemet vſque colonus,

---

(2) V. Vaniervm. L. 3. pag. 59. et Szabó hic:

(2) Chagrin. Apró gombos bör: mint az óra-tokon. *paratur granis ſinapi.*

(3) V. Virgilivm Georgic. L. 3. v. 74. et Mitterpach. De re *Pecuaria* c. 2. n. 343. p. 257.

(4) Dedvctvs apud Veteres a Macrobio laudatos, idem, quod *Subrilis*.

Innocuo fruſtra faciet conuicia coelo;
Ni caute properet ſtomachum laxare ſaginae
Adflicti pecoris. Pratorum prouida cura
Hollandos miſera de conditione, ſtatuque
Armenti, ad ſummum fortunae adduxerat; et iam
Mole pecus ſibi plus auctum iuſto eſſe queruntur. (1)

At iam cuſtodum pecoris noſcenda Canum vis.
Dentes ſunt Canibus quadraginta. Anterior pes
Quinque gerit digitos; quatuor modo poſteriores.
Mole, vſu, variant: Aegyptius vndique nudus.
Venantur, vigilant, et nos, et noſtra tuentur.
Amiſſa inueniunt: in aquas iniecta, reportant.
Pelle, pilo, ſaeui a nobis vim frigoris arcent;
At rabie iniecta metuendi: morſibus vltro
Horrendis faciles et amicum inuadere, et hoſtem.
Cetera de Canibus Vaniero diſcite Vate.

Non eſt vna Canum ſpecies: pars nata domorum
Excubiis, greſſum et menſam ſectatur herilem,
Venandi ſtudioſa, Feras pars alite curſu
Inſequitur, vel nare ſagax veſtigat odora.
Obſequio faciles alii mandata capeſſunt,
Inſiſtunt pedibus recti, plauduntque choreas,
In numerum, iuſſos agili dant corpore ſaltus,
Et vacuas vrbana tenent per compita mentes.
Hic leuis ad curſus, abdomine tardior alter:
Ille rota verubus fixos verſabit ab alta,
Quos alius laxo Lepores venabitur agro.

(2) V. Mitterpacher Rei Ruſt. part. 2. a. n. 334. p. 217.

Aſt Ouium cautus Paſtor ſibi diligat acrem,
Quo cuſtode domi, ſint omnia tuta, Moloſſum.
Olli cauda breuis, breue roſtrum, turpe vel ipſa
Mole caput, demiſſae aures, hirſutaque villis
Pectora, pes, humeri, collum, latus, omnia vaſta.
Qui quoties alto procul intonat ore, timorem
Incutit admonitu, viſu deterret, in ima
Terga ſedens, dentes rictu ſi quando trementi
Nudat hians, clauſoque minans obmurmurat ore. (1)
Ora ambuſta cibo, ſanabis lacte Canino. (2)

§. VIII. Ferae.

Pro Cane, proque Cato, quem et Felem rite vocamus,
Si digitos numeres, nullum diſcrimen habebis.
At Catus vnguiculos trahit, aut exporrigit, vt vult.
Pertinet ad Feles, Leo, Pardus, Pardalis, Onca,
Tygrisque. (3) In maculis ferme eſt variatio quaedam.
Cuncta haec extera ſunt, ex pelle, et imagine nota.

Tygrin nulla fames, nulla ars domat. (4) Attamen illam
Nec Braſili pueri ſolet exhorrescere fuſtis.
Cum ſalit illa, ſalit puer in contraria. Sic cum
Bis geminat ſaltus, hoſtem deludit hiantem.
Fit mora. Dum Fera ſe ex imo molitur in altum
Librare, impactum fuſtem per terga repente
Excipit, et teli certo vna ſternitur ictu. (5)

1) V. Vanier. L. 4. a pag 117.
2) Serenvs Samonicvs pag. 130.
(3) Linnevs Tom. 1. pag. 230.
(4) Fermins. Beſchreib. der Kolon. *Surinam*. pag. 84.
(5) Pásztor Ember. pag. 68.

Captae etiam in clauſtris meditantur praelia Tygres.
Cum ſubito iratus, pulſuque, minisque magiſter
Adgreditur, ceſſant, incoeptaque praelia linquunt;
Non tamen exuta prorſus feritate quieſcunt;
Concuſſaeque pauent, indignaturque pauore
Indociles, metus hinc vrget, pauor inſitus illinc. (1)

Inter mille feras Canibus Vulpemque, Lupumque
Adnumera: quis non et Lynces Felibus addat?
Qui trahit a tergo ſtrictum de ſtramine floccum,
Aut ſtreperum ſicca quauis ex arbore ramum,
Ille greges, fertur, totos arcere Luporum.

Mira fraude Lupum capies, piſcaria celans
Aera cibis: carnes et inextricabile ferrum
Hauſit vbi, vis nulla poteſt exoluere rubras,
Non ouium iam caede, ſuo ſed ſanguine, fauces.
Praecipites etiam in foueas gula trudit edacem
Imperioſa Lupum. Caecos telluris hiatus
Contege fronde leui: vinclis ſtet mollibus Agnus
Deſuper euinctus, querula qui voce parentem
Euocet; audito, properat Lupus acrior, Agno;
Et praeda ſtimulante ruit; ſecumque fragoſam,
Subſidente ſolo deducit ad ima ruinam. (2)

(1) Ianvs Pannon. in E'ρανεμῶ. opp. pag. 145.

(2) Haec, vt alia, eleganter Szabó, his verſibus:
Vermeket-is fene Farkas alatt ás a' komor éhség.
A' föld mélly üregét gyérén bé-födjed aſzattal:
Gyenge kötőlékkel közepén urkolva legyen-ki
Bárány, melly ſzomorú bőgéſsel idézze Szülőjét;
A' lator a' ſiráſt hallván, ott termik azonnal,

CONICA cauda pilis, ſe ſe minuentibus imum
Vsque apicem, VVLPES, et mira aſtutia ſignat.
Agnos, Gallinas; Vuas ſubducere norunt.
Antra fodit VVLPES, ventre albo eſt, tergore ruſo.
Tota ſubinde alba eſt; pretioſa nigerrima ſemper.
Nemo autem ignorat veſtes de VVLPE, LVPOQVE.

NON ita difficile eſt viuam deprendere VVLPEM.
Poſt vbi compertum eſt, quo ſe, nocturnaque condat
Furta, cauo: tetros accendant intus odores,
Et poſitos primo tendant in limine caſſes.
Impatiens fumi ſubit vltro retia VVLPES. (1)

CASTANEVM maculae variant in LYNCE colorem.
Adgreditur Ceruos. Eadem praebere peremta
Cogitur endromidi pellem. Pro TYGRIDE, PARDO
Venditur; eſt ONCAR ſimilis. Dat Carpatus illas.

ADDI hic multa queant etiam de REGE Ferarum.
Nobilis ille iuba: generoſus pectore: fortis
Vnguibus; at ſolitus deuictis parcere victor. (2)

PRAEVALIDOS prae ſe Parthi miſere LEONES
Cum Ductoribus armatis, ſaeuisque Magiſtris,
Qui moderarier hos poſſent, vinclisque tenere,
Nequidquam: quoniam permiſſa caede, calentes,
Turbabant ſaeui, nullo discrimine, turmas,

A' Zákmányra mohón rohan, húll-le verembe, magával
A' töredék födelet nagy zajjal alára le-rántya.
Ex VANIERII L. 16. pag. 307.

(1) VANIER. L. 16. pag. 307.

(2) V. PÁSZTOR-EMBER. pag. 118.

Terrificas capitum quatientes vndique criſtas.
Nec poterant equites fremitu perterrita equorum
Pectora mulcere, et froenis conuertere in hoſtes,
Inritata LEAE iaciebant corpora ſaltu
Vndique, et aduorſum venientibus ora petebant.
Et nec opinantes a tergo diripiebant. (1)

MVSTELAE ſpecies LVTRA, et PVTORIVS: adde
MARTES, ERMINEAS; VIVERRAS: adde GVLONES,
Atque ZIBELLINAS. Digitis ac dente notantur. (2)

FVSCIS LVTRA pilis, digitisque eſt praedita quinis.
In pretio eſt pellis. Piſcari, herulisque referre
Praedam, Illas Scani et Sueci docuiſſe, putantur.
MARTEM Sylua tegit; quandoque domeſticus hortus.
Inſidias ouis ſtruit, et granaria carpit.
Noſcitur e fuluo (gula tantum eſt alba) colore.
Si fauces albedo obeat, reliquoque nigrescat
Corpore; vel flauo, rufoue colore notetur,
Haec ſpecies (Strages cortis) PVTORIVS audit.
Quod ſi qua nimium fortaſſe CVNICVLVS aede
Se ſe propaget, dabit hos PVTORIVS Orco.

ERMINEAE ſpecies eſt vulgatiſſima: corpus
Exiguum, ſimile eſt caudaque, pilisque SCIVRO.
Vna nocte, caput bis ſeptem ſaepe columbis
Detruncat, reliquoque vorat vix corpore tacto.

(1) LVCRETIVS L. 5. pag. 381.
(2) LINNEVS Tom. 1. a pag. 158.

PAR ſcelus eſt VIVERRAE. Hanc ICTIDA Graecia dixit.
MVSTELAE haec paruae, vero quam nomine dicunt
ICTIDA, perſimilis. Quae villae in corte volucres
Somno irretitas tabulata per ardua rimans,
Dum recubant, trepidoque fouent ſub pectore pullos,
E nidis raptas ſcelerata fraude trucidant. (1)

LAPPONIA, et quid quid vicinis tangitur oris,
E genere hoc alit infames a ventre GVLONES;
At villo celebres; quem raro ſerica vincant.
Saepe ZIBELLINIS pro pellibus ille paratur.

FORMA ZIBELLINAE, FELIS pro mole minoris
In pretio eſt; nitor argenti, vel purpura fulgens,
Aut auri ſplendor, per nigrum cetera corpus
Fuſcumue, adfuſus, chlamydes, ſed Regibus aptas
Exornat; Moscae donum mirabile gazae. (2)

E genere VRSORVM, TAXVSQVE, ARCTOSQVE notentur.
ARCTOS commune eſt nomen vulgaribus VRSIS.
Hic perſaepe niger, ſaepe eſt albiſſimus. Idem
Carnem, et mella vorat: multorum tranſit in escam
Integer; at noſtros delectat palmula tantum.

(1) VIVERRA vel Furo, Ictis (Aegyptiorum Ichneumon, vt vult Harduinus loco mox laudando) vad Menyét. Wieſel. FRETT.

NICANDER in Theriacis cap. 15. apud HARDVIN. in Notis Plinian. Libr. VIII. pag. 452. Μορφὴ δικνεύται. vt ſupra ex Interpretatione Gorraei.

(2) EDITOR LINNEI Tom. 1. pag. 271. Ein gantzer Tzobelpeltz zu fünf bis zehentauſend Rubeln geſchatzet wird.

Quam variis Kamtsatka modis praedae inſerat VRSOS,
Id meliore docet Stellerus parte libelli. (1)

RETIA, cum laqueis, glans plumbea puluere torta
Praecipiti, captantue feras, vel vulnere ſternunt.
Nec minus eſt felix Peruani induſtria Regni.
Tela tubo longo imponunt. Pars extima lanam
Expletura tubi circellum; prima vonenum
Praeſefert: aër clauſus, buccaque tumente
Percitus, alas dat directae in centra ſagittae.
Sic fera deiicitur; neque, dum praeda icta veneno
Menſis infertur, veſcenti noxia cuiquam eſt.
Enecat id virns Sal dulcis Arundinis Indae. (2)

GLIRE quaterdenis vicibus maiora videmus
Corpora TAXORVM; reliquae ſtructura figurae
Multam illi ſimilis: ſetoſa eſt, ventre nigrescit.
Carnem, et poma vorat: peras e pelle miniſtrat.
BESTIA: TALPA, SOREX, atque ERINACEVS, et MVS
ALATVS; ſeroque tenens a vespere nomen.
Illi porrigitur tenues membrana per artus,
Et perlucentes includunt brachia pennae.
Nocte volat, peragitque leui ſtridore querelas. (3)

TALPAM, ocûli modici caecum exhibuere vetuſtis.
Hinc: oculis capti fodere cubilia Talpae. (4)

---

(1) STELLERS Beſchreibung von dem Lande Kamtſatka *Frankfurt.* a pag. 103.

(2) CONDAMIN RETSE pag. 231. BARRERE BOVGVER Reiſen. p. 114.

(3) OVID. Metamorph. L. 4. n. 3.

(4) VIRGIL. Georg. L. 1. v. 183.

Erinacevs eſt ſimilis Porcoqve, Caniqve
Ore ſuo, ſpinis vna horridus; hiſce, repertos
Infigit fructus, et in antrum incurrere cogit.

Pertinet ad Glires, ob dentes, ob digitosque,
Et timidus Lepvs, atque Cvnicvlvs: huc quoque Castor,
Seu Fiber, vt referatur, dens atque vngula poſcit.

Primores dentes geminos maxilla in vtraque
Glis tenet: excipit hos lanio ſine dente molaris.

Stiria dat Lepores albos: Hollandia texit
Crinibus e Leporis caligas, queis ſura tegatur.
Foecundi Leporis ſapiens ſectabitur armos. (1)
Eſcis quorundam, et veſti eſſe Cvnicvlvs aptus
Cenſetur; caue, ne vitium roſtro inferat aedi.

Posterioribvs in pedibus membrana reuincit
Castoreos digitos: ſquammoſa eſt, longaque cauda:
Tecta ſtruit ſub aquis: ea contignatio triplex
Diſtinguit: raro in Leyta reperitur, et Iſtro.
Candidus in Canada eſt: ſapit ad ieiunia: corpus
Interiore pilo (quem externe largior ambit)
Praecinctum: ſeruit mitris; aſt Pharmacopoeis
Caſtoreum praebet ſecreta e parte volumen.

Mvs genus. Hoc ornat Rattvs, Marmottaqve, Svsqve.
Mvscvlvs, et Cricetvs, Terrestris. Mvre Svilla
(Cauda illi nulla eſt, et grunnit) nos nouus Orbis
Donauit. Marmotta exaequat corpore Felem.

(1) Horativs. L. 2. Sermon. Sat. 4.

Carpatico dormire iugo noctesque, diesque
Continuos ſolet, et pingui ſe tendere omaſo.

Saccvlvs e mala Criceti dependet vtraque:
Farcit eum granis, et tantos cogit aceruos,
Vt modium inueniat, qui raptum auertere curat.

Qvi paſſim noſtras colit aedes, Mvscvlvs audit:
Has colit et Rattvs, timet huic confligere Felis.
Mobilibus rotulis lardum alline: ſubiice lympham
Stagnantem in ſcaphio: rota Mvrem merget in vndam.

Se ſe, myſtacibus longis, in glire Scivro
Viſendis, aliter diſtinguit, qui volitare
Adſolet in ramis; at in eſcam adhibetur vterque.
Pingere mos villo, et veſtes ſubducere pelle.

Ad Sylueſtre pecus cum Cervo Capra refertur.
In Ceruis mas Dama; Elaphvsqve eſt, Capreolvsqve.
Mas Dama eſt Elapho multo minor: annua geſtat
Cornua compreſſis ramis: foemella carere his
Ft mole eſſe minor ſpeciem per vtramque, notatur.
Paruula Capreolis cauda, atque ſtatura Caprarvm eſt.
Cornua mas tantum ramoſa, aſt annua geſtat
Vtraque pars: omnes Cervi ſunt vngue biſulco.
Hybernis Lappo traheis praeiungere gaudet
Hyppelaphos, curſuque omnes praeuertere ventos. (1)
Vinea ſubmittit Capreas non ſemper edules. (2)

(1) V. Linnevm. T. 1. pag. 395.

(2) Horat. Serm. L. 2. *Sat.* 4

Caprae Ibicis cornu compreſſum in terga recumbit. (1)
Deſinit in nodos: famam Bezoarde tuetur.
Octo pedum muros ſuperat ſaltu: vngula, barba,
Et cruor, Heluetiis, cum pelle, paratur in vſus.

Rvpicaprae erecto cornu: iuga ſumma gregatim
Peruolitant, vigilemque dato per ſibila ſigno
Qui moneat, ſtatuunt: pretium eſt carnique, cutique.
Quas Athamanta meum paſcit radice pereſa, (2)
Harum aegagropilae ſtomacho inueniuntur aperto. (3)

Qvamvis externos, Pecori tamen adde Camelos.
Cum colent, tenuentque cibos per rumina ductos.
Cornua nulla gerunt; vario at curuamine flectunt
Dorſa ſua: His, Dromadvm, a curſu dant nomina Bactri.
Sunt geſtando oneri, et diuturnis curſibus apti.
His ſimilis Paca Chilenſis, Peruanaque Glama. (4)

Hic Lector! ſubſiſte animo, et mirare parumper
Summae Mentis opus, quae tot diſcrimina rerum
Fluctiuago ſimul in populo; ſimul inter et ipſas
Quadrupedes ſtatuit; ſinique ac vſibus aptas
Partes cuique dedit: quae foenum et gramina carpunt,
Illis abraſi dentes, ac forficis inſtar;
Vt ſegetem tondere queant: inſtarque molarum

(1) V. Plinivm L. 8.
(2) Athamanta Mevm Mezei Kapor, Medve-gyökér Niſi haec ſpecies aliter Vngarice reddenda ſit V. Csapó n. 152.
(3) Vide Linne. T. 1. p. 365.
(4) Linne. T. 1. p. 365.

Sunt quidam interius poſiti, queis frangere poſſint
Inciſam, et ſapidos attritu extundere ſuccos.
At queis dat laniena cibum, ſunt vndique raſtris
Falcatae fauces: eſt vnguis aduncus, et ingens:
Vt lacerent carnem, et valeant diſcerpere fibras.
Radices herbarum, ac tubera mandere notus
Praeduro ſiccam roſtro, ceu vomere terram
Sulcat Aper, ſaltusque omnes pernoctat arando.
Aſpice, quam variis vitae tutamen in armis
Sit poſitum! *Inſectis* quam fortis aculeus inſit!
Cornua quam multis et quam variata gerantur!
Vngula, dens, et calx ſunt multarum arma ferarum.
Arduus et tergo, et longa ceruice Camelvs
Cum graue geſtat onus ſitientes inter arenas,
Quo non irriguis deſcendant collibus amnes,
Nulla palus, nulli dant potum e nubibus imbres,
Idcirco cellas aluo interiore capaces
Accepit, ceu plena cadis aluearia ſolus,
Quae ſeruent hauſtam raris e fontibus vndam,
Atque monente ſiti reparanda in viſcera reddant.
Haec extra ſeriem. Reſtant Lactantia plura. (1)

Ordine Lactandum gaudent praegrandia Cette:
Quorum vertice ſi duplex ſit fiſtula, longas
Quae iaculetur aquas, Balaenae his nomen adhaeret.
In reliquis ſimplex reperitur fiſtula fontis.
Eſt Cetvs Monodon, dentem quaſi pertica longum
Praetendens: pro cornu, hunc fabula vendidit olim.

(1) Polignac. Antilucr. L. 6. p. 86. a v. 1474.

Rhinoceros tamen ad clypeos, queis corpora late
Praetendit, naſo cornu gerit; eſt id et vnum,
Et quandoque duplex; ſed magno in corpore paruum.(1)

Cetorvm ordo et Delphinorvm agmina claudit.
His lati rictus, falcata nouiſſima cauda eſt;
Qualia dimidiae ſinuantur cornua Lunae.
Vndique dant ſaltus, multaque aſpergine rorant;
Inque chori ludunt ſpeciem, laſciuaque iactant
Corpora, et acceptum patulis mare naribus efflant. (2)
Pertinet huc Phocena etiam, tum Delphis, et Orca.
Phocarvm pellis ſolita eſt obducere ciſtas:
Hinc natum nomen pelli de piſce paratae.

§. IX. Classis II. Aves.

Earum Notio generatim.

Ex ouis naſcuntur Aves; plumisque reuinctas
Ala tegit, geſtant geminum crus, cornea roſtra.
In caput, in truncum, dein artus, diuide corpus.
Pileus in capite eſt; ſeu frons; ſuprema coronat
Vertex: occiput hunc ſequitur, quibus addito, ſenſus
Inſtrumenta, oculos, nares, absque auribus aures.
Supplet odoratus guſtum, vel lingula praebet.
In trunco pectus, venter, dorſum, vropygaeon:
Efficiunt reliquos artus alaeque, pedesque.
Remigibus pennis alae, plumisque teguntur.
Has tribus aut quinis pennis noua terminat ala.
Tibia macra, vngues, digitos, calcaria, geſtat.

(1) Linne. p. 469.
(2) V. Ovid. Metamorph. L. 3. n. 11.

Saepe ligat digitos tenuis membrana, tenente
Imum vnguem iunctura. Ita Avis *palmata* vocatur.
Dimidiae palmae et pinnae cognomina dant, cum
Dimidios digitos iungit membrana, vel vltra
Porrigitur, pinnasque refert: nam quando *lobata* eſt,
Inſtar vaginae digitos includit et vngues.

Scandit, vel graditur, vel currit, et ambulat Ales,
Diffiſſis pedibus; geminis, quandoque quaternis,
Aut ternis digitis varie fulta ante, retroue.

Qvodsi ſit pedibus breuior cauda, vra brachia
Nomen avi tribuit: dat cetera nomina, caudae
Forfex, aut cuneus. Rectrices denique pennas
Cauda gerit: quandoque carent his vropygaea.

Remigivm alarum, validique hinc inde lacerti
Flexibilis caudae motus ceu temo gubernat.
Quae rapto viuunt, ſunt illis omnibus vngues
Armigeri, et gladiis immania roſtra recuruis.
Robuſtum femur, et duratum ad praelia pectus.
At quibus eſt in aquis victum captare neceſſe,
Planta ceu remo, fluctum ſpumasque repellunt.
Iam Mergis ouata via eſt, qua ſanguinis humor
Intacto pulmone ſubit directus aortam;
Dextro duntaxat non laeuo corde receptus:
Sic viuunt ſub aqua expertes ſpirabilis aurae.
Inſuper hoc etiam prouiſum eſt, omnis vt Ales
Vndarum ciuis, roſtrum pinguedine quadam
Praeferat imbutum, quo fultas vellere denſo
Saepe linat plumas, oleoſo glutine inungens.

Ne rorem accipiant inimicum, aut frigidus humor
Traiiciat pellem madefactam, et viſcera laedat.
Exortes nandi quaedam piſcantur in vndis,
Aſpice, vt erecto ſint corpore, cruraque geſtent
Ardua, prae cunctis animantibus, oraque tendant
Grandia procero longe pendentia collo.
Nimirum, quia coenoſas plerumque paludes
Inter, et irriguas valles, ac littus oberrant,
Subſidia his, ne mergantur, tribuenda fuerunt.
Dum quaerunt praedam in coeno, ſpecubusque latentem.(1)

In nidis; niſi quas delectet foſſa, vel antrum,
Ouorum cauſſa eſt mira ars, et cura ſtruendis.
Arboribus celſis dirimunt contagia Martis;
Curantque, vt vicinus ager, vel ſyluula, fonsque
Pabula perfacili praeſtet rapienda labore.
Tvrdvs amat ſyluas; aruenſis Alavdvla ſulcos.
Noſcit quaeque ſuos hoſtes, ac prouida vitat.
Vt primum matrem ſeſe fore cenſet Hirvndo,
Fictile ſub trabibus ſibi par, ſobolique ferendae
Condit opus; condunt de ſpinis vndique lectis
Alcyones, ſcopulisque inſigunt tecta ſub altis.
Vſque adeo mira compagine nexa, patere
Vt nequeant hominum inſidiis, fluctuque reſolui.
O Ars! quo primum veniſti inuenta Magiſtro! (2)

Ova parit genitrix, interiectisque diebus
Multiplicat numerum: demum fouet illa calore

(1) V. Polignac. L. 6. *Antilucret.* a v. 1400. et 1475. p. 84. etc.

(2) V. Stay Philoſ. Recent. L. 6. p. 286.

Aut ſola, aut operam alternis ſupplente marito.
Quae genitrix cubitu minime fouet oua, calori
Exponit mediis, quas Phoebus torret, arenis.

At Cvcvlvs nidis alienis eiicit Oua
Non ſua, tum ſua dat moeſtae excludenda parenti.
Oua color variat: ſunt alba, virentia, flaua.
Excluſis alimenta ferunt aptiſſima pullis.
Ingluuie attenuant; vel certe humore, calore.
Strvthio, in orbe nouo, quinquaginta Oua per orbem
Diſponit, medioque loco foecunda reponit:
Vtque ex his pulli ſeuoluunt, putrida iam tum
Pertundit vicina, quibus dum inſecta trahuntur,
Atque eſcam lingunt, natis vertuntur in eſcam.
Roſtra, vnguesque cibis ſumendis facta. Putantur
Eſſe aliquae damno; ſed agros, atque aëra purgant.
Syluas, prata, vndas, *Auium* grex inſidet. Illas,
Quae migrant, illinc aeſtus, hinc frigora pellunt,
Defectusque cibi. Quasdam vertiſſe putabis
Forte ſolum; aſt illas ſopitas inuenit hamus.
Intereaque nihil, cum per ſpiracula, ſucci
Amittant, non eſt illas cur vita relinquat.
Externos ſoles non quaerit *Hirundo.* Sagaces
Illae inter ſe ſe pennis per mutua nexis,
Et pedibus, tepido ſubeunt humore paludes,
Ingentesque lacus, fundo qua ſcilicet imo
Subſedit calor, et venas tepefacta calentes
Laxat hians tellus. Hic blandi tempora veris
Expectant, donec rigidi inclementia coeli
Et Borea ſpirante furens deſaeuiat Arctos.
Interea penitus vitalis deficit humor

In

In ſpeciem, nullo pulſantur corpora motu,
Hybernosque *tenet* ſub aquis mors annua menſes.
Aſt vbi purpureis patefecit cornibus annum
Taurus, *et* infeſtae fugerunt frigora brumae,
Ilicet emergunt. Videas pennata refundi
Ag*mina*, et innumeras vndis enare volucres.
Quin etiam has funda piscator verberet vndas
Si quis, et immoto ſcrutetur in aequore Piſces
Retia rara trahens, coecis depren ſa latebris
Plurima piſcantum numero fruſtratur inani,
Luctantesque plagas ſopita fatigat Hirvndo.
Illas exanimes ſi forte in tecta reportes,
Admoueasque focis, tepidum vel ſicubi voluunt
Aedibus in mediis ſubiecta hypocauſta vaporem,
Vita redit, primi redeunt in corpora ſenſus. (1)

§. X. Aves Domesticae.

(*Additis e Ferarum genere nonnullis.*)

A rostro, a pedibus, ſcutatis, reticulatis,
Atque aliis ſignis variam diuiſio claſſem
Sortitur: Scopoli a Linneo diſſidet; ambos
Brisson, Kleinivs, et Möhring, Rayvsqve relinquunt.
Nata domi volucris dicetur et aulica nobis.
Hae paucae; vt vulgaris Anas, Boschas quoque dicta,
Anseranas, vulgo quae noſtris clangit in aulis.
Hae lectis noſtris, ſtomacho, calamoque miniſtrant.
Claſſem hanc Gallinae, Passerqve Colvmbvlvs ornant.

(1) Moireav e Congreg. Oratorii in carmine *de Hirundinibus Polonicis.* apud Hardvin. in Plinian. L. 10. pag. 587.

Inter GALLINAS, GALLVS de PHASIDE nomen
Neſcio, cur? nactus, qui nempe domeſticus audit,
Cenſetur: namque Hungaricis qui captus in hortis
E nitido argento irritat nidore palatum,
Colchicus eſt, MELEAGRIS item (1) quem dicere GALLO
PAVONEM mos eſt; paſſim INDIACI ſub nomine carum.

PAVO criſtatus nomen de Phaſide traxit.
Ex oculis caudae inſperſis ARGVS quoque dictus.

FEL porro e GALLO mollitum ſimplice lympha,
Exacuet puros, demta caligine, viſus.
Si genus eſt morbi miſerum, quod lumen adurit,
Hic calor infuſo miteſcit lacte CANINO.
(Si vero horrendum ducent glaucomata peplum,
Spiritus alterius prodeſt, qui grana cumini
Pallentis mandens, viſus exhalat in ipſos.) (2)

EST nobis PASSER; SCOPOLO GALLINA, Columba.
Aulica ſed ſola eſt, OENAS quae dicitur. Illa,
Quae fera praeſertim eſt, ſpeciem, nomenque gerit vel
A tabula, a gyro, vel gutture, deque cucullo.

HARVM Avium ſimul, et reliquarum ſigna, petemus,
Et claſſem a roſtro, LINNEO hortante Magiſtro.

---

(1) V. LIN. T. 2. p. 572.
(2) SERENVS SAMONICVS. pagina 130.

§. XI. Aves Ferae.

Additis e domeſticarum genere nonnullis.

Accipitrvm digiti verrucoſi; vnguis aduncus:
Roſtra recurua: pedes non longi. Animalia mandunt.
Oua cauis petris, altiue cacumine rami
Suſtentant. Aqvilae, Vvltvr, Strix, Nisvs ad iſtam
Falcoqve, et Bvbo, vario diſcrimine, claſſem
Peruenere. Cadaueribus tetrum Aëra purgant.

Grande caput, ſtantes oculos, et roſtra rapinae
Apta Striges, ſpeciesque Strigvm, Nyctaeae, Vlvlaeqve
Bvbonesqve gerunt: quasdam ornat plumula duplex
A nare ad frontem procurrens. Vtque colore
Alliciant oculos, ſedet illis terror in ore.
Avivs a vera longe ratione recedit,
Has qui fatidicis ſimiles putat eſſe Sibyllis.
Lvcifvga enutrit truncatos Noctva Mvres:
Ne fugiant; praedamque ſuis, natisque ſaginat. (1)

Albvllas Aqvilas in Vvltvris agmine quaere.

Edvctam nido prolem, Iovis Ales, aperto,
Prouida committit coelo, terrisque relictis
Edocet inſuetas agitare per aëra pennas,
Anteuolans: acri, feruentem lampada, viſu
Suſpicere, immotasque iubet defigere in ipſam

(1) Pollignacvs in Antilvcretio Libr. VI. pag. 49. V. Linnevm. Tom. 2. pag. 92.

Frontem acies; dignamque ſua ſe prodere matre.
Credita res olim, Aſtronomo memorata diſerto (1)

FALCONEM magna celebrat venatio fama.
Praeter communem ſpeciem, quae cognita vulgo eſt,
In FALCONVM Claſſe AQVILAS, NISOSQVE recenſet
LINNEVS: MILVOS addit, pluresque rapaces.
Terminat incuruum roſtrum illis cerea pellis.

MANDIBVLA in PICIS ſemper conuexa ſuperne eſt.
Huic generi ſe ſe TROCHILVSQVE, et PSITTACVS addunt.
PSITTACVS, et CORVVS GLANDARIVS, arte magiſtra
Cum CORVO PICA, humanas expromere voces
Diſcunt. CORVE CORAX, et CORNIX CORVE, CORONE,
Tu que MONEDVLA, GLAVCVRE, et tu GRACVLE, Claſſem hanc
Augetis: varia ſpecie, per nomina mille.

HVIC Auium generi qui ſemina ſparſa per agros
Cedere multa putant, nondum ſe errare fatentur:
Ingluuieque probant deprendi ſemen aperta.
Aſt alii ERVCIS in apricum vomere iactis
Tum mandari agrum credunt; his viuere coruos.
FRVGILEGIS tamen in CORVIS reperitur edendi
Mos, ſimul ERVCAS, ſimul et cerealia grana.
Per noctem ſecura quies agitatur iisdem
Syluarum in ramis. Quo flamma illata lucernae
Detegit et fures, et inermi hos prendere dextra
Vt poſſis, praeſtat. Lux, et timor impedit alas. (3)

(1) BOSKOVITS de Defect. Solis et Lunae pag. 303.
(2) LINNEVS Tom. 2. pag. 61.
(3) LINNEVS Tom. 2. pag. 173.

Tv quoque Carminibus noſtris celebraberis Anser:
Cui roſtrum obtuſum, tectumque epidermide, palmae
In digitis: ſpecies Mergi ad ieiunia cari:
Et quae venturum mox Halec, atque procellas
Praedixiſtis Aues: Alcaeqve, Anatesqve minutae,
Albeolae, Arboreae, Fuscae, Streperaeque, Nigraeque:
Bucephalae, Marilae, Moſchatae, Querquedulaeque.

At primam Anſeribus Pelicani adiungere famam,
Sacco ante ingluuiem tenſo, fortaſſe merentur.
Hos et Onocrotalos noſtri dixere Magiſtri.
Et quamquam Hungariae proprii non omnia Signa
Externi referant generis; tamen ora Tybisci
Quos alit, eſſe queunt augendae occaſio Claſſis. (1)

Cygnvs Anas Cantu celebris, patrioque Cayſtro,
Cum melos edidicit defecti pullus Oloris,
Tentat et ipſe modos; nec iam genitore canoro
Deteriora crepat: tum protinus agmine denſo
Mirantum ſeptus volucrum, candentibus alis
Tollitur, et dominum quaerit ſuper aethera Phoebum.
Ille volat, pulſae reſonant modulamine nubes. (2)
Hoc melos adducto per nares aëre, fertur

(1) V. Linnei Tom. 2. pag. 323. Pelicanvs Gödény. Onocrotalvs Anser Pelecanvs, teſte Linneo, Tom. 2. pag. 325. reperitur in Turcia Europaea; Vngaria, Ruſſia, vocatur Mexicanvs. Ellis Reiſe nach Hudſons Meerbuſen Götting. pag. 26. reperitur pene in toto orbe hic Pelecanvs.

(2) Ianvs Pannonivs in Panegyrico Guarini pag. 26.

Cygnus anhelanti ſimilis producere: quumque
Emoritur, languens variatur anhelitus, et vox. (1)

Strymoniae perſaepe Grves, ſaepe improbus Anser
Diripiunt ab agris hominumque, boumque labores.
Fruſtra indignantem lenire Philemona Baucis
Tum ſolet, vrbanosque e lucro oſtendere numos:
Vt telis parcat, dum Meſſorem occupet Anſer.

Ordine iam quarto Grallae memorentur, aquarum
Tectorumque decus. Queis roſtrum more Cylindri
Nonnihil obtuſi: pes longus. Pertinet iſthuc
Rallvs Crex, Scolopax, tarda Otis, et Ardea, Cristas
Ornatura: genus Tringarvm: Strvthio nomen
Nacta Camelorvm: purgansque Ciconia campos.
In Grallis Plateas, longo cochlearia roſtro
Mergentes in aquas, merito plerique recenſent.

Strvthio mole auibus maior, nullique ſecunda eſt,
Praecipiti curſu ſuperans animalia cuncta (2)

Signa procellarum dat Auis non vana frequenter.
Nam cum parua Fvlix trepido petit arua volatu,
Stagna ſinens, longasquè iterat clangore querelas,
Indicat inſanis freta mox caneſcere ventis.
Latipedemque Anatem cernes excedere ponto
Saepius, et ſumma nebulam ſe tendere rupe.
Si crepitent volucres, ſi gurgite ſaepius alto

(1) V. Linnei Tom. 2. pag. 275.

(2) Adansons Nachricht von ſeiner Reiſe nach Senegal. *Leipzig.* pag. 57. De Struthione equum Anglicanum ſuperante.

Pectora merſentur, ſi crebro garrula Hirvndo
Stagna adeat, rutilae cum ſunt primordia lucis;
Si matutinas Vlvlae dant Carmine voces;
Improba ſi Cornix caput altis inſerat vndis,
Flumine terga rigans; ſi ſaeuit gutture rauco,
Plurimus abruptis fundetur nubibus imber. (1)
Iam ſibi tum a curuis male temperat vnda carinis,
Cum medio celeres reuolant ex aequore Mergi,
Clamoremque ferunt ad littora: cumque marinae
In ſicco ludunt Fvlicae; notasque paludes
Deſerit, atque altam ſupra volat Ardea nubem. (2)
Agmine cum denſo circumuolitare videtur
Graculus, et tenui cum ſtridunt gutture corui,
Cum procera ſalum repetit clangore frequenti
Ardea: cum paruae defigunt ſpicula Mvscae.
Conuenit inſtantes praenoscere protinus imbres. (3)

Inter Gallinas Tetrao laudatur, et eius
Hae ſpecies: Tetrix, ac cum Perdice, Lagopvs.
Noſcuntur noſtro conuexo, atque inferiorem
Vltra maxillam ducto, pede denique fiſſo. (4)

Passerivs ſaltu, pennis, cantuque decorae
Accenſentur Aues: Embrizae, Tvrdvs, Alavda. (5)

(1) Rvfvs Festvs Avienvs in Arati Prognoſticis Tom. IV. Poet. Piſaur. pag. 165.

(2) Virgilivs. Georgicor. L. 1.

(3) Rvfvs Festvs Avien. loco laudato.

(4) V. Linnevm Tom. II. a pag. 478.

(5) V. Linnevm. Tom. II. a pag. 517.

De quibus id cum Virgilio dixiſſe iuuabit:
Sed neque quam multae ſpecies, nec nomina quae ſint,
Eſt numerus: neque enim numero comprendere refert.
Quem qui ſcire velit, Lybici velit aequoris idem
Dicere; quam multae Zephyro turbentur arenae. (1)

Qvid quid acus pinxit, quid quid texentis Arachnes
Gloria per tenues parui diſcriminis vmbras,
Felices inter digitos, et ſtamina duxit,
E pennis Avivm contexere Mexica norant;
Corteſio mirante, Tuas Moteſuma! per aedes
Aulaea in varios e pennis nexa colores;
Artificum cogente manu concurrere, quidquid
Aut canit in ſyluis, aut clangit in aequoris vndis:
Vt Volvcrvm exuuiae, gratis, mira arte, figuris
Candida purpureo miſcerent; flaua rubenti.
Haec decora in veſtes praeſertim ad pectora tanſas
Traducta: haec dederant propria ornamenta tapeti,
Armilis, altisque Heroum in vertice criſtis. (2)

(1) Virgilivs Georgic. Lib. II. a v. 103.

(2) Antonivs Solis in Hiſtoria Mexici per Cortesivm occupati Coppenhag. et Lips. an. 1750. Germanice. a pag. 143. 463. 475. etc.

PARS II.

§. I.

DIVISIO CLASSIS ANIMALIVM SECVNDAE.

In Amphibia, et Pisces.

Hactenvs haec. Primae deſcripſi Animalia ſortis.
Quod ſimile eſt Pisci, cum Pisce natante ſub vndis,
Amphibion ſequitur; noſtrae pars altera curae.
Auia Pieridum peragrare cacumina rurſum
Poſt Carum, ſed et hic nimium cogemur inermem.

§. II. *Notio Amphibiorum generatim.*

Amphibivm priſcis dictum eſt, quod viuit in vndis
Pro libitu, ac terris. At nos a frigore rubri
Sanguinis, id nomen tribuemus habentibus vnam
Aurem, vnam cameram Cordis. Pulmone reſorbent
Aëra; cum Pisci haec ſpiracula, branchia tantum
Praebeat. Amphibion prolem generare, vel oua
Adſolet; imperfecta tamen quandoque creatur,
Et Metamorphoſi formam indutura videtur
Proles. Quod variis velauit fabula monſtris.
Crediderat Carus viuos exiſtere vermes
Stercore de ſolo; putorem cum ſibi nacta eſt
Intempeſtiuis ex imbribus humida tellus. (1)
Huic ſimile eſt illud: Dictu mirabile monſtrum
Aſpiciunt: liquefacta Bovm per viſcera, toto

(1) Lvcretivs Libr. II. pag. 351. et L. v. pag. 377.

Stridere Apes vtero, et ruptis efferuere coſtis:
Immenſasque trahi nubes; iamque arbore ſumma
Confluere, et lentis vuam demittere ramis. (1)

Nempe vbi mella legunt, minime mirum oua relinqui
Mella legunt autem perſaepe e corpore putri. (2)

Amphibii obſerues in toto corpore frigus:
Terrificam faciem: multorum ſaepe venena.
Interne non oſſa gerunt; ſed neruus, et oſſi
Perſimiles fibrae compagem abſoluere pergunt.

Qvaedam ex his et aquas, et terrarum abdita: quaedam
Sola loca, obſcuro ſecluſa foramine, terrae,
Sic plerumque colunt, vt citra pabula viuant;
Nec, niſi vere nouo ſe ſe oſtentare notentur.
His elater; illis pes praeſtat, pinnaue motum.

§. III. Amphibia Repentia.

Qvae quatuor repunt pedibus, Repentia ſunt, et
Primam conſtituunt claſſem. Quam prima Lacerta
Ingreditur, Crocodilvs item: namque ille Lacertas
Cum Basilisco auget. Crocodilos orgia duplex
Saepe aequat; peſtem funeſtam Hominique, Canique.

Fabvla priſcorum Basiliscvm excluſerat Ouo
Gallinae. Nunc is veſica ad colla tumente,

(1) Virgilivs Georgic. Libr. IV. fin.

(2) Ritschkow apud Mitterpach. Tom. II. pag. 98. fin. num. 406.

Crenisque ad caudam, tamquam alis praeditus, vndas
Aegypti, Braſilique orbis deſerta pererrat;
Peruolitans facili ramorum excelſa uolatu. (1)

CLASSE LACERTARVM SALAMANDRAM include; ſed illam,
Linneo duce, demonſtra, non viuere in igne. (2)

REPIT TESTVDO, nec non RANA. Incola aquarum
Oua parit, quae primum in PISCEM, deinde LACERTAM
Migrant: extremum in RANAS abeunte LACERTA.

TANTA per aequoreas, moles Teſtudinis, vndas
Scribitur: vt libras quingentas ſaepius aequet.
Pro tecto, ſiue id malis fors dicere concham,
Quaedam obducuntur tam craſſis pellibus, vt, cum
Detractae, ac tenſae varios aptantur in vſus,
Tergore Taurorum vaſto raptae eſſe putentur.
Oua ſolet mater medio feruentis arenae
Ponere, praecelſi per tractus littoris. At dum
Excubat, inſidiis non raro excepta, ſubire
Cogitur aut caſſes, aut miſſo incurrere telo.
Quondam etiam dorſo, capitur reſupina, repando.
Nempe ſitum fruſtra tentans librata priorem,
Obruitur, ferroque, et vinclis capta tenetur. (3)

LINEA flaua triplex, media excurrente per anum,
Quas ornat RANAS virides, ſunt vſibus aptae.

---

(1) V. LINNEVM Tom. III. pag. 102.
(2) LINNEVM Tom. III. pag. 117.
(3) V. EVNDEM Tomo laudato. pag. 18. de TESTVDINE MYDA.

Arboreae Ranae vitro clauduntur, et vnda.
Has tempeſtatum diuinas qui putat, errat.

§. IV. Amphibia Serpentia.

Altera Claſſis habet Serpentes. Muſculus illis,
Spinaue tam celerem motum impertitur, vt alis
Niti illos credas. Celebres ſunt dente, veneno.
(Quo quandoque carent) ſquamma, caudaeque flagello.
Sibilus his flagris excuſſus, et aëre ſparſus,
Ex aurigarum torta maſtige profectus
Eſſe videretur, peruana obeuntibus arua. (1)
Dente cauo veſica tumet: quae vulnere fixo,
Tacta infelici peruadit membra veneno.
Cui ſumto interne vix eſt vis vlla nocendi:

Longa pedes trigenta, vnum lata eſſe leguntur
Corpora Serpentvm prope littora Amazonis vndae. (2)
At Serpente Boa nihil vsquam tetrius. Illum
Africa fert; totum ille Bovem deglutit. Haberi
Nouimus alatos, Linneo teſte, Dracones,
Non magnae molis; verum ad Repentia ſpectant. (3)

Fascinvs eſt, non vis, non aſtus, quo ſibi praedam
Alliciunt. At Ruta Angvi fit fascinus ipſi.

(1) Fermins Beſchreibung der Kolonie *Surinam* pag. 215. Coluber Achitvlla Linnei. al. Serpens Americana Gliricata.

(2) Kvrze Beschreibvng einer Reiſe in das innerſte von Süd-America von dem herrn de la Condamin. pag. 272.

(3) V. Linnei Tom. III. pag. 146. de *Boa Conſtrict.* et Adansons Reiſe nach *Senegal.* Leipzig. 1773. pag. 181. Et de *Dracone volante* Linn. Ibid. p. 72.

AMPHIBION quodcunque natat, pulmonibus eſſe
Inſtructum (ſed eos a PISCE exceſſe) memento
Hoc genus, vt SERPENS, oua, aut viua exerit aluo.
Rurſum hic ingens eſt numerus; comprendere verſu
Quem fruſtra nitare. Tamen noſtri HVSO ACIPENSER
Gloria Danubii primum iſthic occupat agmen.
Naſcitur in fluuiis ex ouo. Paruulus exit
In mare, moxque redit, poſtquam incrementa recepit.
At minus hoc eſt de STVRIONE ACIPNSERE certum.

QVAMQVAM nec primum, dubiis procul omnibus, auſim
Aſſerere. Id certum; veſicam ex viſcere, pelle,
Et cauda HVSONIS conflari. Ea cuncta ſecantur
In minimas partes, et aquis iniecta coquuntur
Igne leui: tum maſſa omnis diffuſa, paratur
In formam tenuis membranae (Ea lucida, ſemper
Optima) venditur haec vario pro glutinis vſu:
Serica ſplendorem per eam tela obtinet: illa
Mixta ſcypho vini, poſtquam reſoluta, Lyaeo,
In vaſe aegroto praebetur, tota cadit mox
Vis morbi in fundum. Gemmas imitantur eadem
Compreſſa varie. Confert ad pharmaca quiddam. (1)

LAMPRETAS, PERCAS, PETROMYZONE nomine notas
RAIA etiam TORPEDO auget: quae corpora tactu,
Per celerem motum tremulumque ſtupere coegit.
Deſine ſpirare, et tanges impune furentem.
Dat mare LAMPRETAS PERCAS, dat et Hungara tellus.
Illas laudamus; ſed crebrius vtimur iſtis. (2)

(1) V. LINNEVM. Tom. III. pag. 292.
(2) V. EVNDEM I. laudato. pag. 231.

§. V. De Piscibvs.

Piſcium Notio generatim.

Qvod Pisci proprium eſt, in corde, et ſanguine quaere.
Frigidus his cruor, et ruber eſt; tum cor, camera vna,
Aure vna inſtructum: ſpiracula branchia praebet.
Corpus habent ſquamma, aut pituitae lubrica muco.
Non oſſa, at radios ſparſos in carne; nec in ſe
Nexos ſaepe gerunt: dentes, maxilla, palatum,
Aut linguae faucesue tenent: edentula quaedam
Eſt etiam ſpecies. Os vndam ſorbet, eandem
Branchia mox remouit; quo cum pulſu, aere ſanguis
Tangitur iniecto, vitae inſtrumenta mouentur.

Lis tamen eſt, Pisci num ſenſus quilibet inſit.
Viſus, odoratus; quo, quid quid ſulphure tactum eſt,
Deuitant, guſtusque in Pisce aduertitur: aures,
Priscis abſtrutas Kamper detexerat orbi.
Palpebris oculi ſemper caruiſtis aperti.
Plevronectis ineſt lateri vni lumen vtrumque.

Excepta Mvraena Angvilla, quae ſolet, vndis,
Exire in campos virides, et prata, relictis,
Fluminis expertes reliquas mox vita relinquit.
Viuum edit foetum memorata Anguilla. Per Oua
Propagant relique proprium genus. Incubat illis
Non alius Piscis, quam, qui audit Gobio Cottvs.

Qveis dulces habitantur aquae, numero eſſe ſolent ad
Oceani Pisces, vt ſunt eae ad hocce volumen.
Piſces Piſcis alit; vel lapſae in flumina ſordes;
Perſaepe et gramen; ſed gratior eſca, cadauer.

Piscosae non vlla magis metuenda paludi
Peſtis erit, quam dira fames. Cerealia lymphis
Spargite dona viri: morbo ſublata latente,
Si qua peribit Ouis, ſi quis bos inter arandum
Conciderit, ſubita poſtratus morte; vorandum
Mittite Squammigere, conuiuia grata, cateruae.
Proiicite et tritas glandes, vilemque faſelum;
Et ficus, longo corruptas imbre; ſuisque
Poma, ſub arboribus, paſſim quae ſtrata iacebunt.
Piſcis enim ſtimulante fame, crudaſque Ferarum
More vorat carnes, Ovis inſtar gramina tondet;
Et ritu Volvcrvm depaſcitur helluo fruges;
Nec ieiuna ſuis a ciuibus abſtinet ora (1)

§. VI. Varii Piscivm Ordines.

In Claſſes penus hoc, ſigno, tribuemus ab alis
Arrepto, duce Linneo. Quod pinna vocatur
Autori, nobis remus dicetur, et ala.

Svnt Apodes, quibus ad ventrem nulla alula creuit.
In maribus multi tales: in flumine noſtro
Huic claſſi Mvrenam Angvillam inſcribere noris.

Altera Claſſis habet Ivgvlares. Alula ventri
Propria per iugulum his excurrit: Lota Gadvs det
Exemplum. Piſcis Thoracicvs exerit alas
In thorace; alioqui ipſo ſub ventre gerendas
Gobio Cottvs, item Percarvm examina, claſſi
Huic inſunt, tales ſunt: *Cernua*, *Lucia*, *Labrax*.

---

(1) Vanierivm Libr. XIV. pag. 285. et Mitterpach. Tom. II. de Piſcinis. pag. 367.

Alae denique poſt thoracem abdomen amantes,
Quartam dant Claſſem. Cobitisqve, Esoxqve, Silvrvsqve,
Et Salmo, cum Cyprinis, hac Claſſe tenentur.
Tercentas libras Glani ſaepe atque Silvro,
(Nomen vtrumque gerit) Piſcator ineſſe fatetur.
Gloria Salmonvm eſt Alpinvs, Fario, Trvtta
Prae cunctis tamen in pretio ſit Salmo Thymallvs,
Quem fines noſtrae Hungariae, qua parte Polonos,
Et Tranſyluanos contingunt, munere raro
Pontificum, atque Ducum gaudent imponere menſis.
Esox Lvcivs, eſt piſcis notiſſimus: illum
Eſſe gregis reliqui praedonem dixeris: illum
Saepe et bis denas libras ſuperare videmus.
Inter Cyprinos cui notus Carpio non ſit?
Ille autem reliquis melior, qui natus in Iſtro eſt.
In lacubus captos impone recentibus vndis:
Sic caro dureſcet; limique amittet odorem.

Harengos Clvpeas peregrino ex orbe vocamus,
Atque Encrasicolos, Sardellae nomine notos.

Nota cuique ars eſt, qua poſſit Piſcis in vſus
Per diuturna etiam defendi tempora. Fumo,
Et ſale durantur. Digna eſt Acipensere cura,
Quam Kamtsatka ſuis adhibet, per frigida brumae
Tempora, ſeruandis, inopis ieiunia menſae
Praeuertens, hyberna mari cum retia venti
Excludunt: glaciesque negat commercia cymbis.
Effoſſis ſcrobibus; tum iniectis rupibus, imo
Fundamenta loco ſtatuunt: ligna arida large
Accumulant, ſummas aequantes marginis oras.

Iniecto

Iniecto dein igne, quadrato incendia muro
Immittunt, flammaque adeo vehemente perurunt;
Vt verti in *vitrum* candens, latus omne putetur.
Tum, cinis in medium poſtquam conſedit aceruum,
Eruitur cauta ille manu, feruente camino.
Poſt haec fundo imo, foliorum, et graminis, ante
Iam delecta ſtrues inſternitur: interea, alto
Nuper capta mari Balena, et Phoca, ſecatur
In fruſta, iniicitur foliis; herbaque recente,
Ac foliis tegitur: cumulo ſuperadditur alter
Conciſi piſcis cumulus, tum graminis, vsque
Dum labra contingant foſſae cum gramine Piſces.
Haec celeri properare manu ſolet incola terrae:
Ne fortaſſe calor ſcrobe ſe ſe euoluere poſſit.
Denique compactis trabibus, lata oſtia foſſae,
Pauperis in formam tuguri, metaeque figuram
Mentiti, occludunt; et, ne vapor emigret vsquam
Ante diem, rimis luteas inducere cruſtas
Sollicite curant. *Ita* prisco praedita ſucco
Perdurat caro per plures ſuauiſſima menſes. (1)

Iam marium Pisces, et, queis ille vtitur artes,
Qui praedam captat; laqueos, tela, atque venena,
Quid memorem? tractata libris praegrandibus iſta
Lector adi: primis ego trado domeſtica curis.

Insecta, et Vermes operis pars tertia, reſtant.

(1) Steller In Deſcriptione *Kamtſarkae.* pag. 97.

PARS III.

§. I.

DIVISIO CLASSIS ANIMALIVM TERTIAE.

In Insecta, et Vermes.

Insecta, et Vermes camera vna, vnaque reuinctum
Aure, cor oſtentant: ſanies pro ſanguine venas
Frigida, nec quoquam his tepefacta calore, pererrat.

§. II. *Notio Inſectorum generatim.*

Insectis proprium eſt, antennas vertice ferre:
His caput, et truncus, nec non abdomen, et artus
Fulcitur: caput, os, oculos antenna coronat.
Os tamen Insectis eſt in thorace quibusdam;
Nec capitis pars eſt: roſtro, atque proboſcide conſtat.
Nulla oculos vincit membrana, aut palpebra; nullus
His proprius motus plerumque aduertitur; imo
Non eſt his oculus ſimplex, ſed ſtructus aceruus
Pluribus ex oculis, quos cornea dura coercet,
Aduerſus triſtes e quouis turbine caſus.
Hanc alii cingunt oculi quandoque minores.
Antennas binas, et cornua plura videmus
Insectorvm: illis explorant omnia tactu.
(Cornua palpos, vel tentacula dicere, mos eſt:)

Abdomen conſtare poris perſaepe minutis,
Saepe etiam magnis, variisque, vtrinque, videmus.

ORSZ. SZÉCHENYI KÖNYVTÁR

His aër ſorbetur, et INSECTIS ſpiracula praebet.
Terminat abdomen ſetis, vel acumine, cauda.

QVANDO pedes ſenos tantum numeramus in illis,
Omnes pectoribus ſunt fixi; cum ſuperatur
Hic numerus, cauda, aut abdomen continet illos.
Ambulat his, ſaltat, curritue INSECTA propago. (1)

§. III. *Septem ordines Inſectorum, eorumque exhibitio.*

IN thorace gerunt alas INSECTA; carere
His permulta tamen vario diſcrimine cernes.
Queis quoties, quadam velantur opercula, cruſta,
Dicuntur COLEO, NEVRO, LEPIDOPTERA, ſeptem
Diuiſa in Claſſes, primo praeeunte Magiſtro. (2)

AD COLEOPTERA ſe ſcarabaeus colligit omnis.
Haec gens forfice, vel falcato praedita cornu,
HERCVLIS, ATLANTIS praegrandia nomina iactat.
Huc ſpectant vulgo qui BRVCHI nomine gaudent.

(1) Vide LINNEVM Tom. V. parte I. pag. 45.

(2) COLEOPTERA: ex πτερον. ȣ *Ala*, et Κολεὸσ. ȣ. *culeus*. *Vagina*. Bőr-ſzárnyuak. Inſecten mit ganzen deckſchilden.

HEMIPTERA. Félig-bőr-ſzárnyuak. - - mit halben deckſchilden.

LEPIDOPTERA. Hal-héj ſzárnyuak. Staubflügel.

NEVROPTERA. Hártya-ſzárnyuak. Mit aderigen flügeln.

HYMENOPTERA. Hartya - ſzárnyuak, hegyes al-fellel. *Hymen* iſt ein klares durchſichtiges hautlein, wie Marienglaſs.

DIPTERA. ELŐRE hártyás két-ſzárnyuak; hátúl ugró lábuak. Langfüſſe.

APTERA. Szárnyatlanok. Ungeflügelte Inſecten.

Quos que FIMVS, vel HVMVS fundit, MELOLONTHAQVE, Maio
Saeuus, LVCANI, DERMESTES PELLIO, PTINVS;
Ceteraque in numerum nequeam, quae cogere paucis.

SORS HEMIPTERIDVM, BLATTARVM continet agmen,
Pelle, aſſis, ſaturum; fumo e carbone fugandum:
GRYLLOS praeterea, quos inter, mille LOCVSTAS
FVLGORA, quae Claſſe hac lucent, dixere Magiſtri.
Hic ſunt cantantes etiam per rura CICADAE
CIMICIS hic turba, immundi poena vltima lecti.

AD LEPIDOPTERA, PHALENAS, ac PAPILIONES,
(Pulcrum agmen! picto perſperſum puluere) fige.

AT NEVROPTEA, ne confundas Papilionum
Conſimili turbae. Nomen LIBELLVLA parti
Permagnae hic tribuit. HYMENOPTERA, VESPA, CVLEXQVE,
Tum CYNIPHES, et APES, nec non FORMICA pererrant.

DIPTERA ditauit Muſcarum infeſta propago:
TIPVLA multiplex, BOMBILIVS, acer ASYLVS.

APTERA ſunt, quae iſthic PVLEX, aut ACCARVS hoſtes
Corporis humani vaſto agminis ordine cenſent.

§. IV. INSECTORVM HOSPITIVM. PROPAGATIO. etc.

HOSPITIVM INSECTIS tellus, aqua praebet, et aër.
Illorum immenſum numerum comprendere verbis

Qui volet, ille maris citius numerabit arenas;
Tanta eſt his rebus diſtantia, differitasque! (1)

Hoc genus ex ouis prodit plerumque; ciboque
Vt non indigeat, propriis innaſcitur eſcis.
Ouula ne ventus ſpargat, cum nuda ſeruntur,
Glutine fixa, ſolo, quo deponuntur, adhaerent.
Cetera, quo poſſint hyemis perferre rigorem,
Lana, aut membrana, calida quaſi veſte, teguntur.

Foetvm parturiens, in Larvam definit ouum.
Larva ſubit metamorphoſim, pellemque relinquit
Ter prius, extrema quam viuat praedita forma.
Ergo prius capitis lucens et inane volumen,
Tergore disrupto, cadit; et mox pelle relicta,
Ervcae caput eſſe nouum, maiusque videmus.
Hanc metamorphoſim ſequitur rurſum altera: Larva
Vt ſatis excreuit, ducto ſuſpendere filo,
Aut texto mox folliculo ſe inuoluere pergit.
Pvpa haec eſt ſimilis perſaepe Animalibvs ipſis
Vndique; vel certis duntaxat partibus. Illas
Veſci non minus, ac Larvas deprendimus; eſcis
Non aliis tamen, ac Larvae communibus. Omni
Absque cibo ante diem, qui totam denique formam
Abſoluat, quaedam durare Inſecta, notatum eſt. (2)

Iam perfectum Animal raro contrectat eundem,
Quem olim Lava, cibum: quaedam Vegetabile, Regnvm,

(1) Lvcretivs L. III. pag. 381.
(2) Larva: Áll-Artza. Pvpvs, apud Varronem Gyermek. Pvpa, Báb, Alak Follicvlvs, Zatskó. Accarvs, tetünek neme.

Quaedam ANIMALE cibat: nec ſordibus oblectari
Multa pudet. LARVIS alienis ouula, quaedam
Inſternunt ſua; quae excluſa has commandere LARVAS
Conſueuere. At ab his deſpera Animalia Laruis.

§. V. DAMNA, ET COMMODA EX INSECTIS.

DAMNA ex INSECTIS in agros vineta, virentes
Syluasque, et hortos oboriri ſaepe, dolemus.
Imo ERVCA ſalax foecundo prouenit horto. (1)
Nec prius hoc tam grande malum depellere poſſe,
Quisquam ſe ſperet, quam coniurata Coloni,
Et vicina manus ſe exporrigat vndique. Nidos
Illa ERVCARVM primo vere exterat; immo
Occupet hunc hyemis pro ſomno ſaepe laborem.
Nam mea quid prodeſt purgari, quando phalanges
Totae vicinis ad me illabuntur ab hortis?

ERVCAS, quae fila vomunt, vincloque tenaci
Inuoluunt plexas, ſobolis cunabula, frondes,
Et lethale comis adſpergunt virus adeſis,
Exime poſt imbrem: labor haud operoſus; in vnam
Tum coeunt pigro torpentes pectore molem. (2)

Quod ſi infeſtet olus PVLEX, hirſutaque CAMPE
Marrubii latices ſuper iniiciemus amaros. (3)

(1) COLVMELLA Libr. X. de Cultu Hortorum. pag. 768.
(2) V. VANIERI Libr. VI. pag. 124.
(3) V. EVNDEM Libr. IX. pag. 184. *Marrubium.* Pemétfü (fekete, és fejér) Peſztertze. *Andorn.* (Schvartzer, Weiſzer.) 265. 200 = 53000.

VITIFERO colli LETHRVS tam lethifer! oua,
Praeter bis centum (certa obſeruatio teſtis)
Quinque, *et ſexaginta edit. Si matribus horum*
Bis centum, vitam eripias, pro! quanta propago
Emoritur! Solus quanta addes vaſa Lyaeo! (1)

VTILITATE tamen non omni INSECTA carere,
Dicendum eſt: MORI BOMBYX dat ſerica: quaedam
Tinctori praebent varium in pigmenta colorem:
Sunt nonnulla, Auium multarum alimenta. Proinde
ALITVVM non omne genus prohibebimus hortis.

§. VI. DE BOMBYCE, ET APIBVS.

PROCERA vt moro BOMBYX ſe nutriat: vtque
Serica fornicibus ſuſpendat ſtamina: Somno
Vt reparet vires; vt praebeat aurea fila:
Alas nacta, ſuae vt ſtupeat miracula formae;
Ouaque *venturum ſervanda relinquat in annum;*
Pluribus Europae linguis, librisque docemur. (2)

QVID faciat, laetas vt opes coeleſtia MELLA
Adducant, operum non parco, ex vrbe, Colono:
Plenis VIRGILIVS, VANIERQVE dedere libellis. (3)
Plurima poſt illos, et iis meliora, venuſto,
Et docto *nuper calamo complexus et Ille eſt,*
Qui, quid quid verum, quidquid, toto orbe probatum eſt,

(1) LETHRVS. Szőllő-Szabó. Schneider.
(2) VIDE inter ceteros Libellum Hungaricum POSONII editum.
(3) VIRGILIVS Georgic. Libro IV. VANIER. Praedii Ruſtici Libro XIV. a pag. 253.

Poſt Colvmellarvm, et Varronvm grandia ſcripta,
Exhibuit libro, plena in praecepta redacto.
Dignum opus! Istropoliqve nova, gremioque Mineruae. (1)
Hic et Apvm cura eſt; nec ei quidquam addere promtum eſt.
Id tantum moneo, totisque hic viribus opto:
Vt, qui Ruris opes, et rem deſiderat amplam,
Cogitet: in modico labor eſt; ſed maxima merces. (2)

Vertimvr ad Vermes. Cura haec axtrema libelli eſt.

§. VII. Vermivm Notiones Generatim.

Cor, cruor, Insectis, et Vermi differitatem
Non tribuit. Vermi nulla oſſa, at muſculus omnis
Et quiuis neruus puncto dependet ab vno.

Pro libitu corpus Vermes extendere, rurſum
Contrahere, et ſe multiplici variare figura
Nouerunt: ſenſus cuncta inſtrumenta videri
Nondum in iis poſſunt. His nec pes, nec caput vſquam eſt.
Antennis (quamquam haec potius tentacula dicant)
Queis tamen articuli deſint, pars praedita prima eſt.

Vermibvs eſt in aquis; nec non tellure ſub vda
Hoſpitium: motum dat vis, qua pandere ſe ſe
Conſueuere: pedum officium fit glutinis vſu,
Quo ſudant: multis motus moto ore iuuatur.
Nil varium in ſexu quisquam obſeruauerat. Oua,

---

(1) Istropoli, ſiue Posonii, quondam vniuerſarum ſcientiarum Academia fuit: quod alio in opere prolixe proſequimur.

(2) V. Mitterpacher Tom. II. pag. 383. n. 404.

Aut viuos foetus pariunt. At VERMIBVS hoc eſt
Imprimis proprium: quod fruſta in plura reſectis
Vita manet; Vermesque nouos pars vtraque ſecta
Ex ſe producit: ſuccreſcit, quidquid ademtum eſt.

§. VIII. VERMIVM ORDINES QVINQVE.

ORDINE quintuplici genus hoc Animale coercent
Doctores. INTESTINIS nudiſſima membra:
Nulli artus; proque his multos tamquam annulus ambit
Vndique: quoddam etiam nonnullos armat acumen.
In latere eſt quandoque porus. Si tramite certo
His mora ſe opponat, terebrant obſtantia quaeque.
Multa huius generis pecorumque hominumque ſub artus
Se penetrant; morbosque vna, mortemque miniſtrant.
Pabula dant Auibus, quaedam medicatur HIRVDO.

INTESTINORVM, LVMBRICI, FASCIOLAEQVE
Sunt pars magna; tamen potior fortaſſis HIRVDO.

Si quando obtuſa ſenſus remoretur in aure,
LVMBRICOS terrae, ſebumque ex Anſere rauco
Excoque; ſic ueterem poteris depellere morbum.
(Si vero incautas Animal penetrauit in aures,
Proderit admiſſo, pauidi fel muris, aceto.) (1)

INTESTINA, oculis quae cernere inermibus optes,
At raro poſſis, etiam INFVSORIA dici
Nouimus: huc referunt HELMINTICA, Claſſe Secunda,
Hoc genus e prima moles ferme eximit vna.

(1) SERENVS SAMONICVS pag. 130. Poet. Piſaur.

Prima Claſſe, MONAS, VOLVOX, et cetera, vitro
Inſtructis oculis globuli ſe oſtendere forma
Saepe ſolent; corpusque ſuum diducere; rurſum
Contrahere, et variis flecti, voluique figuris.
CARICIS, et IVNCI viridis nos ludere forma
HYDRA ſolet, ſpecies HELMINTICA; porrigit illa
Brachia ſex, retrahitque iterum: dumque innatat vndae,
Iam folium, iam paulo poſt ſtella eſſe videtur. (1)

NVDI etiam Vermes MOLLVSCI; at pluribus hi ſunt
Artubus inſtructi: nonnullos cruſtula velat.
Sunt, vt ECHINI, vna cruſtis, et acumine ſaeui:
Sunt, quos luce ſua praeclare phosphorus ornat:
Sunt, quibus inſidias mos eſt vitare per vndas,
Emiſſo quodam, quo limpha fit atra, colore.
Sepia nempe ſolet tali nos ludere ludo.
LIMACVM ſpecies, ſed non, quae cognita vulgo eſt,
Pertinet huc. His exceptis, MOLLVSCA ſub vndis
Vitam traducunt. Mare plurima talia paſcit.
MOLLVSCIS, tecto LIMACES adde carentes.
Nam qui tecta ferunt, a teſtis nomen adop ant.

NON alio differt ſpecies TESTACEA pacto
Ferme a MOLLVSCIS, quam quod ſua tectula ſecum
Deportent: ea materies Calcaria terra eſt.
MOLLVSCVM tamen eſt Animal, quod tectulo inhaeret.

(1) SYSTEMATISCHES LEHRBVCH. Nürnberg. pag. 9.

§. IX. Cochleae, et Conchae.

Testvla ſi Valvis geminis fors praedita non ſit,
Sed vario anfractu ſpiras ſibi nectat, et orbes,
Huic Cochleae nomen tribuunt veteresque, nouique:

Valvae autem geminae, aut plures dant nomina Conchis.
Hae ſunt, queis perſaepe innaſcitur Vnio. Quaedam
Sunt Cochleae, vt Limax, nobis ad edulia natae.
Ostrea de Conchis edimus. Tentacula deſunt
Omnibus his; nempe haec Cochleis natura parauit.
Mytilvs in Conchis celebratur, et Ostrea; nec non
Plura alia in Libris, Cuprisque videnda diſertis.

Hic id erit curae: ſi dura morabitur aluus,
Mitvlvs, et viles pellent obſtantia Conchae; (1)
Et Lapathi breuis herba, ſed albo non ſine Coo.
Lubrica naſcentes implent Conchilia Lunae;
Sed non omne mare eſt generoſae fertile Testae,
Mvrice Baiano melior Lucrina Peloris.
Ostrea Circaecis; Miſeno oriuntur Echini.
Pectinibvs patulis iactat ſe molle Tarentum. (2)

(1) Horativs. ſermon. L. 2. Sat. 4. pag. 295.
Mytilvs al. Mitvlvs, et Mvscvlvs. *Tengeri kis béka tekenyös.* Müſchl.

(2) Ibidem. Lapathvs (al. Rumex) *Rumex patientia* adhibetur pro Spinacea Oleracea 1. Engliſcher Spinat. Mönchſrhabarber. 2. *Artiplex hortenſis.* Melde. 3. *Eryſimum Barbarea.* Winterkreſſe. Item *Rumex Acetoſa*, et *Scutatus.* Sóska; Sauerampfer. Vide Mittepacher. pag. 495. Rátz Prof. Med. Bud. Radix Lapathi recens, vſurpatur tamquam depurans, et temperans eximium:

Ostrea vix pelagi fundo gradiuntur, adhaerent
Rupibus et ſaxis; (1) truncis radicibus, vndae
Quas nudare ſolent. Ex his radice reciſa,
Mille potes, nodis haerentes tollere Conchas. (2)

Ostrea quaeſito veſcuntur gramine: foetus
Progenerant: reſerare ſolent, et claudere Concham

In Californiacis cum quaeritur Vnio Conchis
Hiſpano Regi quaeuis quinta obuenit; ante
Quam pandatur, et oſtendat pars intima Gemmam.
Saepius at piſcatorem deludit hiantem;
Pro Gemma, gremio, pituitam is cernit in imo. (3)

Succis impleri, pinguique volumine Carnis
Augeri Cancri, Cochleae, Conchaeqve putantur,
Luce noua quoties reparat ſua cornua Phoebe.
Nempe die torpent, epulas de nocte requirunt;
Quas Luna praebente faces, ad littora, ſubque
Fluminibus captare queunt leuiore labore,
Quam, quando tenebris nox luminis impedit vſum. (4)

---

mira praeſtat in affectibus cutaneis: (vti etiam Scabies eſt) Aluum laxat: obſtructiones reſerat: ſcorbuticis ſuccurrit. etc. In his omnibus etiam *mytilos* multum prodeſſe certa docuit experientia. Ita Doctor, quem vberius conſule. Mvrex praeter ſcopulum, etiam *Concham* ſignificat. Pecten, *Concha* eſt inſtar Pectinis.

(1) V. Pollignacvm in Antilucretio. L. VI. pag. 63.

(2) Adansons Reiſe naoh *Senegal.* pag. 103.

(3) Nachrichten von der Americaniſchen halbinſel Kalifornien. *Manheim.* an. 1772. pagina. 75.

(4) V. Stayvm Philoſophiae recentioris Tom. II. pag. 193. *Rom.* ac Ibid. Notas Boskovitsianas.

§. X. *Pholades; et mira quaedam* de Conchis.

Pholades, in cunctis, ſpecies celeberrima, Conchis,
Pertenui facto ſub ſaxa foramine, longo
Se calle inſinuant; penitusque in viſcera condunt.
Fuſus nempe poris ſuccus corrodere petram
Cum coepit, Conchae, ceu longa in fila redactae,
Qua via fit, penetrant. Vbi demum, ſiue reperto
Siue cauato antro, ſe in proles mille propagant.
Ingreſſus retinere ſolent veſtigia petrae;
Eductaeque ſalo, vel ab vndis forte relictae;
Tum fiſſae, oſtentant fuſas per viſcera Conchas. (1)

Ovvla, quae ponunt quaeuis Testacea, ſaepe
Mollia ſunt, ſaepe inductis duriſſima cruſtis.

Qvam raro et vario Conchilia cuncta colore
Oblectent oculos, mundus miratur, et aeri
Non parcit, totisque aulis ſpectacula pandit.

Testa autem vermi cum vita adnaſcitur ipſa.
An ſudor varie in Conchis ea tecta figuret?
An incremento tota haec acceſſio, fiat
Externo adlapſu? dubitatur: me prior ad ſe
Certis de cauſſis ſententia pellicit. At nos
Huic operi finem facimus. Quae bina ſuperſunt,
Eque Animalibvs, et Petris ſua nomina ducunt,
Cum vix vſu vllo ſe commendare probentur,
Non opus eſt multis ea nunc deſcribere verbis.

(1) Systematisch. Lehrbuch. pag. 63.

§. XI. Zoophyta, et Lythophyta.

Tecta gerunt vt Mollvsci; ſed mole, figura,
Materieque domus variant: ea cornea multis.
Sunt eadem vel fixa loco, vel libera: cunctis
Id proprium: vt partes Animal quotcunque reſectas
In noua mox vertat, viuaque Animalia rurſum.
Permultis mos eſt, florem protrudere de ſe;
Cuius capſa gerat ſemen, quod denique Vermem
Producat matri ſimilem, ſic nata Coralla.

§. XII. Corallia.

Saepe mari ex imo videas excreſcere flauos,
Nigroſue, aut rubros, pretioſa Corallia, ramos.
Non aqua, non aër, ſed vis infuſa medullis
His motum tribuit. Polyporvm nomen iisdem,
(Siue ſtruantque, colantque iſtos Animalia nidos,
Seu Plantarvm inſtar ſibi molem ſemina conflent)
Iure datur. Si *circellos*, quibus vndique turgent,
(Seminis, aut oui cumeras, hos dicere, fas eſt)
Detergat non cauta manus, pretioſa Coralli
Pars peperit; incaſſum quouis ſupplenda colore.

Cetera, quae in dubiis, nec apertis vndique rebus
Hic adferre queam, maiora volumina poſcunt.

ZOOLOGICON.

INDEX I.

ANIMALIVM

IVXTA SERIEM TOMORVM LINNEANORVM.

EORVM

Nomina ponuntur Latine, Vngarice, Germanice, Gallice. (1)

LACTANTIA.

SIMIA. Majom. Affe. *Singe.*
ELEPHAS. Elefánt.
ROSMARVS. Tengeri tehén. Seekuh. *Vache-marine.*
PHOCA. Tengeri borju. Das Seekalb.
CANIS. Eb. Kutya. Der Hund. Chien. *Cane.*
CANIS *aquaticus.* Buvár kutya. Viſzla. Pudel. *Barbet.*
VERTAGVS Agár. Vindſpiel. *Baſſet.*
MOLOSSVS. Komondor. Bullenbeiſser. *Mátin.*
LVPVS. Farkas. der Wolf. *Loup.*
CANIS. *Hyaena* Linei GVLO.
VVLPES. Róka. Der Fuchs. *Renard.*
LAGOPVS. Nyúl-lábu. Der Haaſenfuſs.
FELIS. Matska. Die Katze. *Chat.*
LEO. Oroſzlány. Der Löwe. *Lion.*
TIGRIS. Tigris. Der Tieger.
PARDVS. Leopard. Pardutz. Der Leopard. *Le Leopard.*
ONCA. Mexicumi Tigris. Der mexicaniſche Panther.
PARDALIS. Amerikai Vad-matska. Die amerikaniſche wilde Katze.

(1) HORVM SVPPLEMENTA ſuis a Lectoribus AVTOR humaniſſime deſiderat.

Linx. Hijuz. Der Luchs. *Loup Cervier.*
(Mvstela: Viverra. Göreny neme. Das Frett. Wieſel.)
Pvtorivs. Büdös göreny. Stinkthier. (al. Iltis)
Lvtra. Vidra. Der Flußotter. *Loutre.*
Martes. Nyeſt, Nyúſt. Der Marder. *Martre.*
Zibellina. Tzobol. Der Tzobel. *Zibline.*
Vrsvs. Medve. Der Bär. *Ours.*
Meles) Taxvs) Borz. Der Dachs. Taiſſon. *Blaireau.*
Talpa. Vakandok. Der Maulwurf. *Taupe.*
Sorex. Patkány. Die Spitzmaus. *Souris.*
Erinacevs. Sül diſznó. Der Igl. *Heriſſon.*
Hystrix. Sül diſznó. Stachelſchwein. *Porcepic.*
Lepvs. Nyúl. Der Haaſe. *Lievre.*
Lepvs timidvs. Mezei Nyúl. Der Feldhaaſe.
Castor. Hód. Der Biber. *Bievre.*
Castor *Fiber.* Der Caſtor.
Mvs. Egér. Die Maus.
Mvs porcellvs. Tengeri Malatz. Das Meerſchwein. *Cochon d'Inde.*
Mvs Marmota. Hortyogó Egér. Murmelthier *Marmotte.*
Mvs Cricetvs. Hörtsök. Golyvás Egér. Der Hamſter.
Mvs Rattvs. Házi Egér. Hausratze. *Rat.*
al. Glis. Öreg Egér. Hausmaus. *Souris.*
Mvscvlvs. Házi Egér. Hausmaus. *Souris.*
Scivrvs. Evet. Mokus. Das Eichhorn. *Ecureuil.*
Camelvs. Teve. Das Kameel. *Chameau.*
Camelvs Bactrianvs. Nyargaló Teve. Dromader.
Cameloapardalis. Teve-pardutz. Kameelparder.
Cervvs Alces. Iávor. Elendthier. *Elan.*
Cervvs Elaphvs. Szarvas. Der Hirſch. *Cerf.*
Cervvs Tarandvs. *al.* Hyppelaphvs. Rennthier. *Renne.*
Cervvs Dama. Öz. Damhirſch *Dam. Daine.*
Cervvs Capreolvs. Ketske-ſzarvat. Das Reh. *Chevreuil.*
Capra. Ketske. Der Bock. *Bouc, Chevre Chevreau.*

Capra

CAPRA IBEX. Vad Ketske. Steinbock. *Bouquetin.*
CAPRA RVPICAPRA. Havaſi Ketske. Die Gems. *Chamois.*
OVIS. Júh. *Das Schaaf. Brebis.*
ARIES. Kos. Der Widder.
STREPSICEROS. Tekert ſzarvu. Magyar Júh. *al.* Aſiai Júh.
BOS TAVRVS. Bika. Der Stier. *Taureau.*
VRVS. Erdei Bika. Jáhor. *Auerochſe.*
BOS BVBALIS. Bial. Der Büffel. *Buffle.*
EQVVS. Ló. Das Pferd. *Cheval.*
EQVVS CABALLVS. Mén-ló. Der Hengſt. *Cheval.*
EQVVS ASINVS. Szamár. Der Eſel. *Aſne.*
HIPPOPOTAMVS. Vizi-ló. Das Nilpferd.
SVS. Diſznó. Das Schwein. *Porc. Cochon.*
VERRES. Ártány.
SCROFA. Eme-diſznó. Die Sau.
APER. Erdei. Das wilde Schwein.
RHINOCEROS. Ór-ſzarvu. Das Naſenhorn.
CETE. Tzet-hal. Wallfiſch.
MONODON. Egyfogú vagy ſzarvú tengeri Hal. Einhornfiſch.
BALAENA. Balin. Wallfiſch. *Baleine.*
DELPHINVS. Delfin. Der Delphin. *Marſouin.*
DELPHINVS DELPHIS. Tengeri Diſznó. Der Tummler. *Bec d' Oye.*

A V E S.

VVLTVR. Sas-keſelyü. Der Geyer. *Vautour.*
VVLTVR GRYPHVS. Amerikai Sas-keſelyü, mellynek ki terjeſztett ſzárnya 16 lábni, kisdedeket ragad. Linne. Kondamin. Germ. Cuntur. Peruanice *Kondor.* Holland. GRYP.
VVLTVR HARPYIA. Braſiliai Ölyv. Der Rauber. BRASILICE: Urutauſana.
VVLTVR ALBIVLLA. Bloſsbrauner Adler. *al.* Fiſchgeyer. *Halâſz Saſ.*

Falco. Sólyom. Der Falke.

Falco Milvus. Kànya. Héja. Der Weihe. *Milan.*

Falco Gentilis. Nemes Solyom. (ſokféle.) Der edle Falke.

Falco Haliaaetus. Tengeri-Saſs. Haláſz-Saſs. Der Fiſchadler.

Falco Nisus. Károly-madár. Der Sperber. *Epervier.*

Strix. Bagoly. Die Eule. *Hibou.*

Strix Bubo. Der Schuhu. *Hibou.*

Strix Nyctaea. Tageule.

Ulula. Kaützlein.

Accipiter Lanius. Ölyv. Der Neundötter. *Ecorcheur. Pic-Grieche.*

Pica. Sarka.

Psittacus. Publikán-Madár. *Perroquet.*

Buceros. Szarvas-Madár. Hornvogl.

Corvus. Holló. Rabe.

Corvus Corax. Holló. Kolkrabe. *Corbeau.*

Corvus Corone. Die ſchwartze Krähe. *Corneille.*

Corvus Cornix. Varju. Nebelkráhe.

Corvus Monedula. Tsóka. Die Dohle. Turcice. Tſauka. *Gall. Choucas.*

Corvus Glandarius. Szajkó. Holtzhäher.

Corvus Frugilegus. Vetés-evö Holló. Saatkrähe. *Graye. Crolle. Freux.*

Oriolus Galbula. Gábor-madár. Sárga Rigó. Golddroſſel. *Loriot.*

Gracula. non datur in Europa.

Cuculus (canorus) Kakuk. Guckgucke. *Coucou.*

Picus. Harkály. Spechte. *Pic.*

Picus Pileatus. Bubos Harkály. Haubenſpecht. *Carpenteros.*

Sitta. Fa-máſzó. Blauſpechte.

Todus. Baſtard.

Alcedo. Tengeri-ſzarka. Eiſsvogel. *Pecheur.*

Merops. Bienenfreſſer. *Guépier.*

Upupa. Wiedehopf. *Hupe* vel *Puput.*

VPVPA EPOPS. Büdös-babuk. Banka. Tarajos-babuk. Der gemeine Wiedehopf.

TROCHILVS. Ökör-ſzem. Colibri (varii vide Linné. T. 2. p. 262.)

ANAS. Rétze, Rutza, Gótza, Kátſa.

ANAS CYGNOIDES. Hattyu-Lud. Schwanengans.

ANAS SPECTABILIS. Tarka-Rétze. Bunte Ente.

NIGRA. Fekete rétze. Schwartze. *Mareuſe.*

ANAS MARILA. Hegyi, vagy Havaſi Rétze.

ANAS ANSER. Lud. Gans. *Jars.* foem. *Oye.*

ANAS ALBEOLA. Fejéres Rétze. Weiſsling.

CLIPRATA. Kalanas Rétze. Löffelente. *Soucher.*

STREPERA. Tsergő Rétze. Schnatterente. *Chipeau.*

BVCEPHALA. Bika-fejü. Dickopf.

QVERQVEDVLA. Telelő Rétze. Winterhalbente. *Cercelle.*

MOSCHATA. Péſma Rétze.

MINVTA. Törpe Rétze. Tzwergente.

ANAS BOSCHAS. Közönséges házi Rétze. Gemeine Ente. *Canard.* foem. *Cane.*

ARBOREA. Erdei Rétze. Baumente.

FVLIGVLA. Tarajos. Halbente. *Petit Morillon.*

MERGVS. Buvár. Buár Tauchente.

MERGVS MERGANSER. Buár-Lúd. Tauchergans. *Harle.*

ALCA. Papagey Taucher.

PROCELLARIA olim (fors.) *Alcyon.* Sturmvogel. *Petrel.*

PROCELLARIA PELAGICA. Ungewittervogl.

PELECANVS Gödény. Pelican. *Fou.*

ONOCROTALVS *Auſtri ce.* Ohnvogl. *Ruſſice.* Baba.

LARVS. Haláſz-madár. Mewe. *Movette.*

STERNA HIRVNDO. Tengeri Fetske. Meerſchwalbe.

GRALLA. PHOENICOPTERVS. Flaminger - *Flamant.*

PLATALEA. Kalanas. Gém. Der Löfler. V. Linn. Tom. 2. p. 361.

CANCROMA, COCHLEARIA ſpecies eiusdem generis.

ARDEA. Gém. Reiher.

Ardea Grus. Dam. Der gemeine Kranich. *Grue.*
Ardea Ciconia. Gólya. Storch.
Ardea Nycticorax. Quackreiher. *Biboreau.*
Ardea Herodias. Der Rieſe.
Tantalus. Ibis. Der Egyptiſche.
Scolopax. Schnepf.
Scolopax Rusticola. Szalonka. Waldſchnepf. *Becaſſe.*
Scolopax Gallinula. Waſſerhühnchen.
Scolopax Totanus. Strandſchnepf. *Chevalier.*
Limosa. Pfuhl Schnepf. *Barge.*
Tringa Pugnax. Kamphahn. *Paon de Mer.*
Tringa Vanellus. Bébitz. Kiebitz. *Papechien.*
Tringa Maculata. Tarka bébitz.
Tringahypoleucos. Sandpfeiffer. *Guignete.*
Charadrius apricarius. Goldgrüner Regenpfeifer.
Fulica fusca. Sártsa. Das braune Waſſerhuhn.
Fulica Atra. Fekete Sártſa. Ruſsfärbige Waſserhuhn. *Foulque.*
Rallus Crex. Magas Für. Wachtelkönig. *Ralle de Genet*, vel *Roi des Cailles.*
Otis Tarda. Túzok. Der Trappe. *Outard.*
Struthio. Sturtz. Strausvogl.
Struthio Camelus. Kameel Strauſs. *Autruche.*
Gallina Pavo: Cristatus. Páva. Gemeine Pfau.
Meleagris Gallo Pavo. Pulyka. Póka.
Phasianus. Házi-Tyúk. *Coq-Poule-pouler.*
Colchicus. Fátzán. Faſan. *Faiſan.*
Numida Meleagris. Gor-Tyuk. Gyöngy-tyúk. Perlhuhn.
Tetrao. Urogallus. Siket-fajd. Auerhahn. *Coq de Bruyeres.*
Tetrao Tetrix. Birkhuhn. Nyir-fajd.
Tetrao Lagopus. Gatyásfajd. Schneehuhn. *Gelinore blanche.*
Tetrao Bonasia. Tsáſzár-madár. Haſelhuhn.
Tetrao Perdix. Fogoly. Gemeines Rebhuhn. *Perdrix.*

Tetrao Coturnix. Közönséges. Für Gemeine Wachtl. *Caille.*

Passer. Columba Oenas. Galamb. Feldtaub. *Pigeon.*

Columba Palumbus. Vad-Galamb. Ringtaube. *Coulon.* Ramier.

Columba Turtur. Gerlitze. Turteltaube. *Tourterelle.*

Alauda. Patſirta. Lerche. *Alouette.*

Sturnus vulgaris. Seregély. Die Sprehe. *Eſtourneau.*

Turdus pilaris. Fenyő-madár. Wacholder Droſſel. *Litorne.* al. *Tourdelle.*

Turdus Merula. Rigó. Amſel. *Merle noir.*

Loxia. Kernbeiſſer. Mag-vágó.

Emberiza. Sármány. Amer. *Bruant.*

Fringilla. Pintyöke. Finke. *Pinçon.*

Fringilla Carduelis. Stiglitz. Diſtelfink. *Chardonneret.*

Fringilla Canaria. Canarienvogl.

Fringilla Domestica. Veréb. Sperling. *Paſſereau.*

Motacilla Luscinia. Fülemile. Nachtigall. *Roſſignol.*

Motacilla Rubecula. Veres-bögyü. Rothkehlchen. *Rubeline etc.*

Huc pertinet *Regulus. Trochilus.*

Parus. Tzinege. Meiſe. *Meſange.*

Hirundo. Fetske. Schwalbe.

Riparia. Parti Fetske. *Hirondelle.*

AMPHIBIA.

Reptilia. Máſzök.

Testudo. Tekenyös-béka. Schildkrote. *Tortue.*

Rana. Béka. Froſch. *Grenouille.*

Rana Bufo. Varas-béka. Gemeine Krote. *Crapaud.*

Rana Esculenta. Zöld-béka. Katona-béka. Grüner Waſſerfroſch.

Rana Arborea. Leány-béka. Laubfroſch. *La Raine.*

Draco volans. Repülő Sárkány. Die Fliegende Eidechſe.

Lacerta. Gyék. Eidechſe. *Lézard.*
Lacerta Crocodilvs. Krokodill. *Crocodil.*
Lacerta Stellio. Dorneidechſe.
Lacerta Chamaeleon. Fát-máſző tüzes ſzemü Gyék: arra tekeri a' farkát. V. Lin. T. 3. p. 95.
Lacerta Basiliscvs. Baſiliſcus.
Serpentes.)
Tsúſzók.)
Crotalvs. Tſergő-kigyó. Klapperſchlangen. *Serpent a Sonnettes.*
Boa Constrictor. Goliát-kigyó. Königſchlange. Rieſenſchlange.
Colvber. Natter. *Couleuvre.*
Colvber Vipera. Vipera.
Colvber Cerastes. Szarvas-kigyó. Hornſchlange.
Colvber Aspis. Aſpis-kigyó. Die Otter.
Angvis qvadrvpes. Négy-lábú-kigyó.
Angvis Amphisbaena. Gyürüs-kigyó. Ringlſchlange. *Double Marcheur.*
Nantia. Úſzók.
Petromyzon. Marinvs. Tengeri Tſik. Die Lamprete.
Flvviatilis. Hal tſik.
Raia Torpedo. Zſibbaſztó Hal. Krampfiſch. (Roche.) *Raye.*
Sqvalvs. Ötös Lélegzetü (tengeri Hal.) Haayfiſche. *Requien.*
Acipenser Stvrio. Ketſege. Stör. al. *Silurus. Eſturgeon.*
Acipenser Hvso. Viza. Der Hauſen.

PISCES.

Apvs. Mvraena Angvilla. Angolna. Gemeiner Aal. *Anguille.*
Mvraena Conger. Tengeri Angolna. Meeraal. *Congre.*

IVGVLARIS. Nyak-ſzárnyú.
GADVS MERLVCIVS. Töke-hal. Stockfiſch.
GADVS LOTA. (Meny-hal.) Truſche. Aal-Raupe. *Barbout.*
THORACICVS. COTTVS GOBIO. Kövi-hal, a' kövek alatt találandó. *al.* Grundl. Reapſe Kaulkopf. Ital. *Capo groſſo.*
PLEVRONECTES. Plateſſa. Seitenſchwimmer. Der kleine Plateiſs. *Cynogloſſus.* Ebnyelvü. Hundstzunge.
LABRVS SCARVS. Villa-farku. Springer.
PERCA. Sügér. Barſching. *Perche.*
PERCA LVCIO PERCA. Süllö. Sandbarſch. Schiel. *al.* Nagemulus.
PERCA ASPER. Zindl.
PERCA LABRAX. Salm-barſch. (tengeri.)
PERCA ALBVRNVS. Fejér-keſzeg. Weiſsbarſch.
SCOMBER. (Tengeri.) Mackrele. *Maquereau.*
SCOMBER THYNNVS. Thaunfiſch. *Thon.*
MVLLVS. Tengeri-hartsa. Meerbarbe.
PISCES ABDOMINALES. Cobitis taenia. Steinbeiſſer. *al.* Dorngrundl.
SILVRVS GLANIS. Hartſa. Der europäiſche Wels. *Silure.*
SALMO FARIO. Közönséges Piſztáng. Die gemeine Forelle. *Truite.*
SALMO THYMALLVS. Laſatz. Der Aeſche.
SALMO ALPINVS. Havaſi Piſztrang. Bergforelle.
SALMO SALVELINVS. Dunai Laſatz. Salvelin. V. Linn. ad n. 178.
EXOS LVCIVS. Közönséges Tſuka. Der gemeine Hecht. *Brochet.*
Mugil imberbis. Meeräſche.
EXOCETVS. Röpülö-hal. Fliegendefiſch.
CLVPEA HARENGVS. Héring. *al.* Halec. *Hareng.*
CYPRINVS CARPIO. Ponty. Der gemeine Karpfe.
CYPRINVS TRINCA melius TINCA. Tzompó. Schleihe. *Tanche.*
CYPRINVS CARASSIVS. Kárász. Karauſche.

INSECTA.

COLEOPTERA SCARABAEVS HERCVLES. Egy ſzarvú Bogár. Der groſse fliegende Einhorn. (Kafer.) *Charbor.*

LETHRVS. Vagyon két, három ſzarvú különbféle neven. *Acteon. etc.*

SCARABAEVS MELOLONTHA. Tſere-bogár. Maykäfer. *Hanneton.*

DERMESTES PELLIO. Moly. Der Kirſchner.

PTINVS. Szú. Borkäffer. *Panache.*

CVRCVLIO. Zſizſik. Ruſſelkäffer. *Charanſon.*

LAMPYRIS NOCTILVCA. Szent János Bogara. Sct. Johannis Wurm. *Verluiſand.*

CANTHARIS. Körös-féreg. Sct. Johan. Fliegen. V. Linn. p. 306. T. 5. 1. p.

CICINDELA. Sandlaufer.

HEMIPTERA. Blatta. Konyha örzö Moly. Kackerlack.

GRILLVS. Ptrütsök. Grashüpfer.

DOMESTIC. ACHETA. GRILLVS. Házi Ptrütsök.

GRILLVS LOCVSTA. ſpecies circ. 17. Sáska. Heuſchrecke. *Saurerelle.*

FVLGORA LATERNARIA. Fémlö Bogár. Laternträger.

CICADA. Ptrütsök. Cikade. *Cidale.*

CIMEX. Palatzka. Wantze.

APHIS. Veteměny tetü. Pflantzenlaus. *Pucerons.*

LEPIDOPTERA. CAMPE. ERVCA. Hernyó.

PAPILIO. Pille. Tagvogl. 273. ſpecies recenſet Linn. a p. 565.

PHALAENA. Éjeli pille. Nachtvogl. Species 460.

NEVROPTERA LIBELLVLA. Hoſzſzas pille. Iungfer. *Iuffer.*

HYMENOPTERA CYNIPS. Levél-féreg. Galläpflwurm.

VESPA. Darás. Weſpen. *Guepe.*

APIS Méh. Biene. *Abeille.* ſpecies ſunt 55.

FVCVS. Here. (MVTILLA.) Szárnyatlan Méh.

FORMICA. Hangya. Ameiſen. *Fourmis.* Species 16.

ASILVS. OESTRVS. Bögöly. Bremſen. Species 61.

DIPTERA. TIPVLA. Vizi-pók. etc. Langfüſſe. datur Oleracea, hortorum, Pratenſis etc.
MVSCA. Légy. Fliegen. *Mouche*. Species 129.
TABANVS. Bögöly. Viehbremen. *Taon*. Species 19.
CVLEX. Szúnyog. Mücken. *Couſin*.
ASILVS. Raubfliegen. *Mouche lup*.
APTERA. TERMES. Fa-féreg. Holtzwürmer.
PEDICVLVS. Tetü. Läuſe. *Poux*. Species 40.
PVLEX. Balha. Flöhe. *Puces*.
PHALANGIVM. Szoba-pók. Krebsſpinnen.
ARANEA. Pók. Spinnen. *Araignée*. ſpec. 47.
SCORPIO. Skorpio. Skorpion. *Scorpion*.
APTERA. CANCER. Rák. Krebſe. Species 87.

VERMES.

INTESTINA. VERM. Férgek. Würmer. *Ver*.
GORDIVS AQVATICVS. Vizi-fonál. Waſſerfaden.
LVMBRICVS. Geleſzta. Regenwürmer.
HYDRA. Eleven Kákó. Grüner Polype. *Verd. Polype*.
HIRVDO. Piotza. Blutigel. *Sangſue*.
HIRVDO STAGNALIS. Tó piótza. Sumpfigel.
MOLLVSCA. LIMAX. Héjatlan Tſiga. Erdſchnecken ohne haus. *Limaçon*.
LAPLYSIA. DORIS, NEREIS. etc. V. Linn. a p. 66. Tom. 6.
SEPIA. OFFICINALIS. Tentás-féreg. Dintenfiſch. *Seche*.
ECHINVS. Tüskés-féreg. Seeapfel. *Ourſin etc*.
TESTACEA. CHITON. LEPAS. etc. Lin. a p. 196.
MYA MARGARITIFERA. Gyöngy-házos. Perlenmuſchel.
PATELLA VVLGATA. Rántzos-tſiga. Szarándok-tſiga. Die gemeine Patelle.
LIMAX VVLGARIS. Közönséges tſiga.
MVTILVS. Muſchel. Mytilus Margaritiferus. Gyöngy-házas, vel Béka-teknyő.

TVRBO, TROCHVS. HELIX etc. V. Linn.
CONCHA. LYTOPHYTA. ZOOPYTA. Ib. T. 6.
OSTREA. Tengeri Tſiga.
ALIAS PLVRA.

INDEX II.

AVTORVM, QVI IN HOC OPERE LAVDANTVR, ILLVSTRANTVR.

ADANSONS Reiſe nach Senegal.
BARRERE, BOVGVER Reiſen.
BOSKOVITS. De Defectibus Solis, et Lunae.
CALIFORNIA. Nachrichten von der Americaniſchen Halbinslen Kalifornien.
CALPVRNIVS. Apud Harduinum, in Notis Plinianis.
COLVMELLA. De Cultu Hortorum.
CONDAMIN Reiſe in das innerſte von Süd America.
CSAPO. Botanica Hung.
ELLIS Reiſe nach Hudſons Meerbuſen.
FERMINS Beſchreibung der Kolonie Surinam.
GORRAEVS. Apud Harduinum in Notis Plinianis.
HOMERI Odyſſea.
HORATII Flacci Opera V.
HOVTTVYNIVS. In ſupplementis Linneanis.
IANI PANNONII Poëmata.
LINNEI Syſtema Naturae (De Regno Animal. Volumina IX.)
LVCRETIVS CARVS. De Rerum Natura. Suo cum Antidoto.
MACROBII Saturnalia.
MARTIALIS Epigram.
MOIREAV. Apud Harduin. in Notis Plinianis.
MITTERPACHER LVDOV. Profeſſ. Budens. Elementa Rei Ruſticae.
MÜLLER (Philippus Statius) in Norimbergenſi *Linnei* Editione ac ſupplementis.
NEMESIANVS (Marcus Aurelius.)
NICANDER. Apud Harduin. in Notis Plinianis.
OVIDII Opp. V.
PÁSZTOR-EMBER.
PASSERATIVS. Apud Harduinum in Notis Plinianis.
PILLERI (Matthiae) Profeſſ. Budens. Elementa Hiſtoriae Naturalis.

Plinii. C. Secundi Senioris Hiſtoriae Naturalis LL. XXXVII. vltima Edit. cum Commentar. Harduini.

Pollignaci Anti-Lucretius.

Rátz Profeſſ. Budenſis.

Rvfvs. Feſtus Auienus.

Ritschkow. Apud Mitterpacher.

Solis Antonii Hiſtoria Mexici per Corteſium occupati.

Serenvs Samonicus de Medicina.

Szabó Dávid Profeſſ. Caſſouienſ. Vanieri Praedium Hexametro Virgiliano Hungarice.

Stay. Philoſophia recentior.

Stellers Beſchreibung von dem Lande Kamtſatka.

Systematisches Lehrbuch.

Theophilvs Antiochen. ad Autolycum.

Vanierii Praedium Ruſticum.

Virgilii Opp. V.

INDEX III.

Continens variam EPIGRAPHEN Doctorum Virorum in hoc Zoologicon Opus.

I.

IACOBI MARIOSA.

Excellentiſſimi Ill. ac Reuerendiſſimi D. Archi-Epiſcop. COLOCENS. a Bibliotheca.

PRAEDITA dum nulla tractas ANIMALIA, mente
MOLNÁR, et exactas digeris in ſpecies:
Admiror, quod mentem illis natura negarit;
At tibi tam magnam quod dederit, ſtupeo.

II.

SAMVELIS RÁTZ.

Medicinae Doctoris, et Profeſſ. in R. Vniuerſ. Budens.

FORTE Librum euoluens Epidaurius; hic nihil, inquit,
Vel genitor Phoebus quod reprehendat, habet.

III.

LVDOVICI MITTERPAGHER.

Philoſoph. Doctoris et Oeconomiae Ruſticae Profeſſ. in R. Vniuerſ. Budens.

GRAMMATICIS tractata Scholis cum legerit iſthaec
Gymnaſta; inueniet mixtum rite vtile dulci;
Materieque vna, et verſu oblectetur, oportet.

IV.

AVGVSTINI PVPIKOFFER.

Philoſ. Doctoris, et Repetent. Humanior. Profeſſoris in R. Vniuers. Budens.

Ὕλην ὄψαι, Καὶ ἐν Καρύῳ, τὸν ΛΙΝΝΕΟΝ ὌΨΕΙΣ.
Τέχνῃ γέγραπται φώτεσι ΛΟΥΚΡΕΤΙΟΥ.

V.

WOLFGANGI TÓTH.

Philoſ. Doctoris, et Humaniorum primi ac Senioris Profeſſoris in R. Vniuerſit. Budens.

TAM noua qui docto vult, tam prolixa rotundo,
Tam peregrina ſtilo prodere Romuleo;
Hoc opus inſpiciat; neque, ſe ſpectare, dolebit
Amphitheatrales non potuiſſe FERAS.

VI.

EFEMERIDI
LETTERARIE DI ROMA.

NVM. VI. 1781. LI 10. FEBRARO.

BVDA.

Zoologicon complexum hiſtoriam naturalem animalium, monumentis inaugurationis regiae Vniuerſitatis Budenſis etc. inſertum a IOAN. BAPT. MOLNAR. *Budae typis Reg. Vniuerſit. 1780. in 8.*

Ecco vn Poema da aggiugnere a que' tanti, che laſciati da parte l cualier, l'arme, e gli amori han preſo ad illuſtrare la ſtoria naturale. Sentiamo dal brauo Autore più diſtintamente, qual ſiane il ſoggetto. Egli lo ſpiega nella dedica al nobiliſſimo Sig. Conte CARLO PALFFY Vicecancelliere del regno di Vngerìa.

ORDINIBVS diſtincta ſuis animalia, noſtris
Cognita praeſertim terris; pecudesque, ferasque,
Et varias volucres, laetantia quae loca aquarum
Concelebrant circum ripas, fontesque, lacusque,
Et quae peruolgant nemoria auia peruolitantes;

Quid quid vere nouo laruarum euoluere cunis
Se ſolet, et quid quid conchis nos paſcit apertis,
Hinc canere incipiam, Cari, Flaccique ſequutus
Sermoni propiora, et Muſam ſuauiloquentem;
At non veri inopes verſus, nugasque canoras,
Lucida de obſcuris promturus carmina rebus.

Tre parti ha il poema. Nella prima ci ſi parla degli animali, che ſoglion ſi chiamare *lattanti*, e degli vccelli, accennanndone la Struttura, i mali, a che ſono ſoggetti, e gli vſi. La ſeconda parte è deſtinata primamente agli animali, detti *amfibi*: doue oſſerua il poeta filoſofo, che

Amphibium priſcis dictum eſt, quod viuit in vndis
Pro libitu, ac terris. At nos a frigore rubri
Sanguinis, id nomen tribuemus habentibus vnam
Aurem, vnam Cameram cordis.

Segvono in queſta ſteſſa Seconda parte i peſci, che al celebre P. Giannettaſio diedero già argomento dell' eccellente poema intitolato *Halieuticon*. Finalmente nella terza parte ſono deſcritti gl' inſetti, e i vermi. Tre indici compiſcono queſto pregiabil poema. Vno è degli animali ſecondo la ſerie, che hanno ne' tomi del ch. Linneo, de regno animalium, e ad ognuno oltre il nome Latino ſi aggiungono l' Vnghero, il Tedeſco, e'l Fran-

ceſe. L'altro Indice alfabetico è degli Autori, che nell' opera ſono o citati, od illuſtrati. Abbiamo nel terzo Indice verſi Latini, e Greci, di vari Autori, in lode dell' opera, e ben deſideriamo, che in vna riſtampa ſi aggiunga, che noi approuiamo tutti sì giuſti elogj dati a sì vtile, ed elegante poema.

INDEX IV.

Pag.	ERRATA	CORRIGE.
8.	odora is.	odoratis.
10.	flagrans.	flagrant.
22.	Si fauces al.	Si candor fauces.
24.	virns.	virus.
ibid.	Retse.	Reiſe.
ibid.	Multem.	Multum.
25.	Suilla.	Suillo.
27.	ſinique.	finique.
28.	Infit.	Inſit.
ibid.	Lactandum.	Lactantum.
29.	Cetorum or.	ordo Cetorum.
32.	ſeuuoluunt.	ſe euoluunt.
39.	noſtro conuexo.	roſtro conuexo.
40.	tanſas.	tenſas.
ibid.	Armilis.	Armillis.
45.	Acipn'ere.	Acipenſere.
46.	Remouit.	Reuomit.
ibid.	abſtrutas.	abſtruſas.
47.	ſquamigere.	ſquamigerae.
56.	axtrema.	extrema.
64.	Dromader.	Dromedár.
ibid	Teaneus.	Tarandus.
ibid.	Szarvat.	Szarvas.
67.	Cliprata.	Clipeata.
68.	Dain.	Daru.
71.	Piſat'ng.	Piſztráng.
ibid.	Exos.	Eſox.

NB. Haec *IIda* eſt Zoologici Editio. *Ima* his fuit inſcripta verbis : ZOOLOGICON etc. Monumentis Inaugurationis R. Vniuerſitatis Budenſis etc. inſertum etc. Quod propter *Ephemerides Romanas* indicandum erat.

PHYTOLOGICON,

COMPLEXVM

HISTORIAM NATVRALEM VEGETABILIVM.

AVTORE

IOAN. BAPT. MOLNÁR,

Abb. Belae Font. S. C. R. A. M. C. C. E. Sab. C. A. L. et Human. Direct. in Reg. Vniu. Budenſ. A. L. Philoſ. et S. Theol. Doct. Senat. Reg. Aſſeſſ.

BVDAE,

TYPIS REGIAE VNIVERSITATIS.

MDCCLXXX.

829.312|2
ORSZ. SZÉCHÉNYI KÖNYVTÁR
2005

PHYTOLOGICON.

DEDICATIO.

Altera iam teritur conatibus area noſtris.
Carole! Palfiadum ſpes, gloria, luxque perennis:
Per quem (Palladio ſolium cedente Theresa)
Reddita Buda ſibi eſt; cum reddita Buda Mineruae eſt,
Hanc quoque propoſiti partem placide accipe noſtri!
Qua, Regnum ingreſſi Vegetabile, quidquid in *Hortis,*
In *Nemore*, ac *Pratis* oblectat odore, virore,
Auxilioque iuuat, cantu complectimur, apto
In faciles neruos; *memorem* ad Sacraria Florae
Rurſum adpenſuri *tabulam*, et foecunda daturi
Sub Iuuenum imprimis conſpectum munera terrae,
Queis veſtem nobis, victum, et medicamina praebet.

Oblatum ſyncero animo ne deſpice munus.

PARS. I.

Historia Physica Vegetabilivm.

§. I.

Definitio Regni vegetabilis.

Corpora, quae nequeunt ſentire, ac ſponte moueri;
Vna autem Vitam connexa per Organa ducunt,
Regnvm conſtituunt Vegetabile. Sunt ea miris
Structa modis. Horum auxilio pars quaelibet huius
Imperii, quamquam exilis, ſua pabula ſugit,
Inque incrementum vertenda alimenta, capeſſit.
Denique ſic viuens, ſemen parat; vt ſua conſtet
Foecundae matri ſoboles, ſpeciemque propaget.

§. II.

Vita Vegetabilium; eiusque vitae organa.

Nempe, vbi percaluit moderato ſolis ab igne
Et vapor, et ſub humo Plantis circumſitus humor,
Ac roris latum ſuper aera mobilis vnda,
Per *tubulos*, *fibras*, *atque organa cetera repens*,
Interiora ſubit; fructum cum ſemine Plantae
Perficit: ac renouat ſummae miracula mentis.

Organa, queis Plantae ſtructura abſoluitur omnis,
Conſtare vtricvlis, variique voluminis Alvo,
Spiris, reticvlis, vasis, fibrisqve, videmus.
Haec nata officiis propriis, aut pabula captant,
Aut iam ſumta tubis colant, tribuuntque ſub imas

Corporis induuias; aut ſecernenda reiectant.
Hoc eſt, cur Plantas dicamus VIVERE. Certe,
Has cum motus agit, FINIQVE, per organa, motus
Admouet; haec *motus*, ad eum *conſenſio* finem
VITA eſt; at ſenſus expers, animaeque mouentis.

FINEM autem Plantae merito iſtum dixeris eſſe:
Propagare genus: fructum, ſemenque ferendo.
Cur etenim, poſtquam fructum, vel ſemen adepta eſt,
Plantarum pars magna perit? quaſi creſcere deinceps,
Viuereque, vt primum finem hunc eſt nacta, recuſet? (1)

§. III.

Partes corporis vegetati.

PARTES ſunt ſeptem vegetato in corpore; nempe:
RADIX, cum TRVNCO, et Ramis; FOLIO addere FVLCRA,
Addere cum GEMMIS, FLORES, FRVCTVSQVE, neceſſe eſt.
Primae illae VEGETANT: FLOS, FRVCTVS *fructificantes*:
GEMMAE autem partes dicuntur *continuantes*.

AT TV ſingula per Vegetabilis agmina Regni
Fruſtra has quaeſieris ſemper pleno ordine partes. (2)

§. IV.

De Radice, ac Trunco generatim.

PARS, quam terra tenet coopertam, quaeque alimentum
Adtrahit, eſt RADIX (quamquam non vnius hoc eſt

(1) V. MITTERPACHER Hiſtor. Phyſic. Plantar. pag. 8.
(2) V. PILLER Elementa Hiſt. Natur. Pars. II. Regn. Vegetab. pag. 2. et ASSERTIONES anni 1780.

Officium partis) quod ſupra eſt, dicere TRVNCVM
Sueuimus: huic proprium eſt diffundi in tegmina rami.
Extima pars Trunci CVTIS audit: ſub cute CORTEX,
Tum LIBER eſt, deinde ALBVRNVM, LIGNVM, atque MEDVLLA.

CONTINVAE hae partes ita toto corpore ſerpunt;
Vt demum in *Florem* concurrant; exteriorque
In *Calycem Cutis*; in *ſemen* ſe viua *Medulla*
Explicet: *alburnum*, *cortex* det cetera *Flori*. (1)

§. V.

Radici propria.

CAVDEX *Radicis* media porrectus ab aluo
Tramite deſcendit recto; niſi forte quid obſtet,
Quod deflectat iter; primaque aetate capeſſit
Incrementa adeo promta: vt ſuperare notetur
Pluribus in longum pedibus *truncumue*, *ſtylumue*.

MIRO etiam niſu per ſaxa, foramine quamuis
Pertenui inuento, per hiatus denique quoſuis
Se penetrat; rumpitque tumens obſtantia, factis,
Aut dilatatis rimis: petraſque reuellit;
E fundamentis muros, ac moenia ſternens.

SVCCO exhauriri terram, ſed non prope truncum;
Verum vltra tres hexapedas, qua circulus ambit
Radicem, Veterum docet obſeruatio longa.

QVAEVIS pars *Rami* RADICI eſt apta creandae.
Haerentem in trunco *ramum* conſtringere filo

(1) V. MITTERPACH. Hiſt. Plant. pag. 42.

Si libeat cera induсto; trans vincula tuber
Naſcetur: cinge hoc terra, muſcoue madente;
Cernes ſub laqueo *Radicem* e tubere natam. (1)

PLERVMQVE haeret humi *Radix*; ſuaque inde miniſtrat
In reliquas partes alimenta. Huic mille figurae: (2)
Haec longis depexa fibris promittitur: illa
Craſſior in molem turgeſcit; et inde ſub auras
Surgentis ſuperat caulis legemque, modumque.
Forma neque huic ſimplex: nam nunc carnoſa tumeſcit
In ventrem, bulboque vel ipſo ſimplice, nomen
Bulboſae ducit: ſiue is concreſcat in orbem
Pluribus implexum tunicis (qualem ALLIA produnt
CEPAEQVE, TVLIPAEQVE, et purpurei HYACINTHI)
Seu ſquamma rigeant ſuperincumbente gradatim
Imbricis in morem; qualem ſibi *Lilia* fingunt.
Nunc eadem in longum RADIX diſcedit, et aruis
Tranſuerſim reptat (viget hac Claſſe oxalis, atque
Dulce GLYCIRRHIZAE nomenque, genusque perennat.)
Aut caulis verſa in faciem deſcendit in altum.
Id te non fugiat, quod longo nouimus vſu:
Altius in terram quasdam deſcendere *bulbo*,
Quae bulbo gaudent RADICES; ſeque quotannis
Paulatim reparare, putresque reponere partes.
Oſtendunt paſſim id TVLIPAE que, ac CELTICA NARDVS,
Et CROCVS, et vario maculoſa DRACONTIA ſcapo. (3)

(1) MITTERP. Hiſt. Plant. pag. 92. et 197.

(2) *Franciſc. Eulalius* SAVASTANVS *Botanicorum* L. I. a pag. 9. Neapoli. 1712.

(3) *Oxalis* al. Acetoſa. *Celtica Nardus.* al. Valeriana. *Dracontia* al. Serpentaria. VIDE Indicem.

Nimirum quae fibra imo de caule recurrit,
Recta in humum pendens, TRVNCVM ceu reſtis, eodem
Adtrahit; in que nouum cogit ſuccreſcere nodum;
Atque adeo damnoſa ſitu quas aegra vetuſtas
Senſim adimit partes, eadem ſubeunte reponit
Caudice; RADICEMQVE vetat ſuccumbere victam.
Tubera ſic alia ex aliis, aliasque videbis
Subnaſci *Fibras*, reducesque exiſtere *bulbos*. (1)

SOLA ſitus ratio RADICI differitatem
Ac TRVNCO tribuit. Nam ſi flectatur in imum,
Quod ſummum in TRVNCO eſt; fibris RANDICIS in altum
Conuerſis, fient Rami e RADICE ſuperne;
Et *ramos* in *Radices* migraſſe videbis.
TERRA quidem proprius locus eſt RADICIS; at vnda
Contentae quaedam poſſunt tellure carere.
Muſcus item, et quaeuis *Paraſitica Plantula* gaudet
Fixis in Truncos alienos viuere fibris. (2)

INNVMERAS inter Fibras, queis praedita *Radix*
Luxuriat, media eſt quaedam, quae excurrere longe
Adſolet; auellique nequit quin damna ſequantur;
Illa pilos tenues medio fert caule; ſed imo
Deſinit in NODVM; nec hiatum oſtendit apertum. (3)

QVOD dignum in paucis noſſe: omnis ſaepe recedit
Vis in RADICEM, et fibris ſubſidit in imis.
Radicis virtute luem PETASITIS amara

(1) SAVASTANVS Botanicorum I. 1. a. pag. 12.
(2) V. MITTERPACHER. Hiſt. Plant. a p. 10. 11. &c.
(3) V. MITTERPACHER. Hiſt. Plant. pag. 11. et Figuram.

Hauſta domat: *Radice* potens cor mulcet anhelum
Scorsonera; leuatque graues hydrope Cyperus. (1)

§. VI.

Notio Truncorum.

Secto in circellos Trvnco, incrementa videmus
Annua. Contingunt illa hi ſe denſius ora,
Frigida circumagunt qua ſe ſarracca Bootae;
Cum calor aduerſo dilatet corpora limbo. (2)
Annua Truncorum generari ſtrata, tuemur
Non e ligno, ſed durato e Cortice. Porro
Nuda etiam norunt ſe obducere *cortice* ligna. (3)

Ad Truncos *Caulis*, *Culmus*, *ſtipes* que refertur;
Et *Scapus*. Florem foliis gerit Iste carentem
Trvncvlvs: in Cavlem folium cum Flore recumbit.
Pro *Filice*, et *Fungo* eſt Stipes: pro *Gramine* Cvlmvs.

E Cvlmis etiam virtus ſe Paeonis effert.
Eſt autem ex ipſa Cavlis variante figura
Multifidum diſcrimen: abit nam laeta ſub auras
Haec teres: hanc tractim mordet ſtria: plurimus illam
Saepius incurrens interſecat angulus: effert
Qua ſe *Marrubium*, *Lamiumque*, et *molle Cyperon.*

(1) *Petaſitis.* al. Tuſſilago. V. Indicem. Ratzio teſte, Petasitis auertendae et praeuertendae lui pecorum Saluberrima; herba in Hungaria obuia.

(2) Mitterp. Hiſt. Pl. p. 181. AEſtimatio ex annulorum numero errore non vacare exiſtimatur.

(3) Mitterp. Hiſt. Pl. pag. 101.

Saluiaque, et picti praeco *Campanula* Veris.
Rurſum aliis eadem ſolida nunc mole cohaeret;
Nunc vacua, et nodis, ſe, connitentibus, vrget. (1)
Saepe vel adnitens ſe circum fulcra volutus
Implicat: vt *Lupulus*: vel, vt alba *Bryonia* certis
Clauiculis ſenſim ſe ſe adligat, aut foliorum
Pediolis, vt picta ſalit *Fumaria*: flexis
Vel tandem cirris, hederae ceu *vimen*, adhaeret.
Aſt aliis per humum pronis reptare voluptas.
Tu tamen, hic Medicae ſi te tenet vllus hiantem
Laudis amor, ne ſiſte: fugax eſt gratia formae.
Vlterius peruade oculis, partesque latentes,
Queis *Radix*, *Caulisque* ſatu coaleſcit opimo,
Perſcrutare: labor decet hic; et cura volentem
Noſſe poteſtates herbarum, vſumque medendi
Altius, et doctas agitare impenſius artes. (2)

§. VII.

Notio Foliorum.

In Longum, et latum viridi excrementa Colore
Praedita, nomen habent FOLIORVM. Motus, eorum
Impulſu, in reliquas Plantarum diditur apte
Particulas: vt iners referetur fiſtula TRVNCI.
His etiam putres vicino ex aere ſuccos
Sorberi, et Coelum purgari labe, notatum eſt.

Hinc illa in ſyluis, praeſertim Vere, ſalubris

(1) *Marrubium*. al. Praſſium. *Lamium* al. Vrtica fatua: quod folys non ſit pungentibus.

(2) SAVASTANVS Botanic. L. 1. a pag. 18.

Temperies; qua ſeſe vrbes ſine fine querentur
Deſtitui; donec ſordes deterſerit hortus,
Inſitus et medio, et partes diductus in omnes.
Quid ni etiam infirmos arcta in conclauia clauſos
Mirifice adiutet Plantae creſcentis in olla
Pone virens folium? quo noxius aeris humor
Suctu perpetuo ex aegrorum auellitur ore. (1)

Praeterea et Folio vis eſt ſua, formaque cultu
Non vno; et medicas non vltimus vſus in artes.
Haud aliunde feres vitae praeſentius vnquam
Praeſidium, lucrumque. Potens his *ſaluia* neruos;
Roborat: his cerebro prodeſt *Betonica:* cordi
Laeta *Meliſſa*: grauem tergit *Sena* ardua bilem. (2)

Vt Filices toti Folivm ſunt, ſic Folia abſunt
Toti Fvngorvm generi. Non exuit omnis
Planta decus viridis Folii Sub tempora *Brumae*.

§. VIII.

De Cute, et Medulla Plantarum.

Sola *cutis* defert in Plantarum interiores
Nutrimenta foros; ideo eſt farrago Pilorvm
Nexa Cvti inſinuans ſe interna in vaſa, fibrasque.

Deniqve Plantarum pars qualiscunque Medvlla,
Exceptis foliis, ſic foeta eſt, vt tamen vna

(1) V. Mitterp. Hiſt. Plant. pag. 118. &c.
(2) Savastan. Botan. I. 2. pa. 46. et 52. Ibidem Vide Deſcriptionem Foliorum.

Quaeque MEDVLLA ſuos, per certa repagula, fines
Conſeruet; neque trans illos excedere poſſit.

IN lignum, veterum *Truncorum* tota *Medulla*
Vertitur. Hæc cerebro ſimilis fruſtra eſſe putatur. (1)

§. IX.

De Fluidis Plantarum Partibus.

PRAETER aquam in quauis eſt *Planta* SVCCVS, et AER.
Incidatur enim, nondum erumpentibus, arbor
Sub vernum tempus *Foliis*, vulnusque penetret
Trans *alburnum* ipſum; de ligno profluet vnda.
Fundit eam imprimis *Acer*, vuida *Betula*, *Vitis.*
Puras *Vitis* aquas; *Acer* vna, ac *Betula* mixtum
Saccharon eiectant: vaſe id ſubſidit in imo.
Sic inciſa arbor veteres amittere vires
Non ſolet. Vt primum foliis ſe ſe inſtruit, vndam
Caeſa negat. Quodſi autumno ſit vulnus adactum,
Hyberno quoties tepidus ſol tempore fulget,
Vulnus aqua manat. Zonas vbi torrida Phoebi
Tela vrgent, dat perpetuum *Palma* icta liquorem.

QVARE age, ne dubita fabrilem adhibere cauandis
Arboribus terebram: per iter decliue canalem
Inſertum vt ſubeat liquor; obliquabis adactum
Altius in truncos vulnus, qua parte tepentes
Vberius ſtillans arbor ſpectabit ad Auſtros.
Inde fluet medicas humor quaeſitus ad artes:

(1) MITTERP. Hiſt. Plant. pag. 47. 58. 59. et Confer cum pag. 42.

Vlmeus expugnat febres, *Sambuecus* albo
Languorem hydropiſis de corpore pellit aquoſum,
Fraxineus laterum mollit capitisque dolorem:
Atque oculos hebetes acuit, ſurdisque medetur
Auribus, et membris abigit lethale venenum:
Sanguineum *Quercus* ſucco ſtringente fluorem
Compeſcit: ſtomachum *Tiliae* ſolantur onuſtum,
Marcentemque cibis: *Prunus* Syluatica pellem
Squammoſosque graui prurigine liberat artus.
Nec *Betulla* fluet membris minus vtilis aegris;
Seu ſtomacho diros calor erupturus in ignes
Incubat; infeſtus renes ſeu calculus vrit.
Humidulos etiam ſtudioſior Anglia flores
Pungit acu, et ſuccum iubet exudare ſalubrem. (1)

Svcco quaeuis pars Plantae tumet. Attamen illi
Cortex eſt proprius locus, *Alburnumque*: color, vis,
Et ſapor a lympha *ſuccum* diſtinguit: amarus,
Cauſticus, aut Gummi, et Reſina praeditus ille eſt.

Hvmores Plantae dum ſorbent aere mixtos,
Hunc in Plantarum ferri interiora, neceſſe eſt.
Illic ſecretus, ſibi redditus, atque ſuis ſe
Viribus expandens, rurſum euolat. Vnde opus haud eſt
Pulmones, ac Tracheas concedere Plantis:
Tamquam reſpirent hauſtum aera. Vaſa profecto
In ſpiram longo ſe ſe torquentia tractu
Armatis oculis Planta exhibet: attamen illis
Vim Tracheae adimunt tentamina cauta *Boneti.*

(1) V. Vanierii Præd. Ruſt. L. 6. a pag. 118.

Aeris in Planta tantum eſt, vt tertia Maſſae
Ponderis aer ſit; quod compertum arte recenti eſt.
Id mirum: e *Piſis*, reliquoque *Legumine*; nec non
Quauis elicitur Planta *inflammabilis* aer:
Quem, cum Candelae flammis adhibemus, *Haleſo*
Teſte, ac *Priſtleio*, diro tonat vsque fragore.

Aer, cui *Fixo* nomen fecere Magiſtri
Praeterea in plantis reperitur. Vincula *fixi*
Aeris, inſinuans ſe *Fermentatio* ſoluit.
In ſtomacho, vt ſuccos ſine noxa planta ſalubres
Venis adtribuat, *Fixo* id fieri *aere*, poſtquam
Se ſe ille euoluit, docuit *Machridius* apte.

Haec praeter Fluida in plantis ſubtile Phlogiston
Intima peruadit quaeuis, nexu copulatum
Tam firmo; vt ſola hunc poſſit combuſtio demum
Soluere. Fixum autem eſt praeſertim partibus illis
Plantarum, queis aut oleum, aut reſina reſedit.
(Proxima materia eſt ignis cuiusque, phlogiſton.)

Collige iam: in maſſa Plantarum plus fluidae eſſe,
Quam ſolidae partis; quod dudum euicit *Hamelus*.
Adde his *mucoſas* partes, et chemica quid quid
Ars in eis reperit; ſalium nempe agmina plura. (1)
In lignis ſi flamma latet, fummusque cinisque,
Ex alienigenis conſiſtant ligna, neceſſe eſt. (2)

---

(1) V. Mitterpach. Hiſt. Plant. a pag. 64. ad 84.
(2) Lvcretivs L. 1. pag. 28. *Paris.* 1754. ſuo cum Antidoto.

§. X.

De Fulcris Plantarum.

P*LANTAM* vel totam, vel quandam nonniſi partem Plantae FVLCRA tenent. Queis nomen *Bractea*, *Cirrus*, *Pediolus*, *ſtipulae*, *Pilus*, *Arma*, *Pedunculus*, indunt.

CIRROS *capreolos* quidam dixere: per *Arma*
Pungentes acie exerta ſub cortice *ſpinas*
Indico. *Capreolis* vicino inuoluere *Fulcro*
Se ſe *planta* ſolet; nec non tamquam vngne tenaci
Arreptis gradibus, paulatim euadere in altum.

CERTA lege *Fabae* CIRRVS ſe aduolúere dextrum
Adſolet ad *Fulcrum*; cum multis ſola ſiniſtra
CAPREOLIS placet: hac nituntur in ardua parte.

§. XI.

De Floribus.

S*TAMINE* FLOS, *calice*, et *Piſtillis*, atque *corolla*
Conſtat; quamquam abſit pars vna, vel altera ſaepe.
Stigma, *ſtylum*, *Germen*, PISTILLIS propria dices.
Anthera, et *Pollen*, *cum Filis*, STAMINA cingunt.

SVLPHVREAE ritu pluuiae tegit aera ſaepe
Sparſum ex antheris *pollen* prope pinea rura.

ADDIDERAT Foliis FLORES vis prouida rerum
Hos ſucco obleuit: quo ſurrepentia furtim
Arceat inſecta, et foetum tutetur inermem.

Vsqve adeo temere nihil, et sine nvmine, Rervm
Molitvr Genitrix! ſemenque educere tanti eſt! (1)

Contigvos Flori *Calices* Perianthia dices:
Gramineos Calices Glvmas dixere Vetuſti.
Volua calix Fungi eſt: Muſco dat tecta *Calyptra.*

§. XII.

De Semine; eiusque Pericarpiis.

Est Fructus ſemen; vel ſemen continet in ſe.
Exemplo ſeruire queunt tam *Perſica Poma*,
Quam *Iuglans. Pomi* pars extima praedita ſucco;
Quae Pericarpion eſt, editurque, in *ſemina* circum
Voluitur; at *Iuglans*, qua parte eſt veſca, recluſum
Semen habet ſine carne. Id ſolum in pabula praebet.

At Pericarpion in ſpecies diſcedere plures
Norma recepta iubet. *Siliquae*, *Capſa*, atque *Legumen*
Folliculusque, cauum Pericarpion eſſe ſolent; et
Semina iam medio, iam ſummo, imoue ligata,
Imo et libera ſub geminis expromere valuis.
(Brassica ſe *ſiliqua*; ſed Pisa *legumine* condunt)

Capsa nucem ſub carne gerens, vel carne carentem;
Atque adeo aut expers ſucci, vel turgida ſucco,
Eſt Drvpa. Sic Iuglans, et Amygdala perſica, Prunus,
Ceteraque externo ſe inuoluere cortice pergunt.

(1) Savastan. Botanic. L. 2. ap. 56.

Poma

Poma voca *Pericarpia*, queis *Capſa* intima carne
Veſtita eſt: *Mala* hic, nec non *Pyra* mente reuolue.

Baccis valua deeſt. Nempe hoc Pericarpion in ſe
(Vt vitis, ſorbum, ſambucus) ſemina ſucco
Sparſa gerit. Strobilvs conſtare e ſemine, ſquamis
Inſerto ſolet: id nux eſt plerumque: videmus
Exempla in Pino Picea, Cembra, atque Cupreſſo.

Triticevm ſemen nudum eſt. Nec ſemen *Auenae*
Verum conueſtire ſolet *Pericarpion* vsquam.

Pars plantae matura, ſua ſe ſponte reuellens
A matrice, rudimentum quod deinde futurae
Sit plantae, eſt Semen; *tunica*, *cotyledone*, *corde*
Sic conſtans, vt Cor (ſine quo omne eſt ſemen inane)
Roſtrello Radici apto, *Plumaque* futurum
Vertenda in Truncum, minime vnquam deſtituatur.

Qvantvmvis cogas, vt ſe Radicula, ſiue
Roſtrellum obuertat Coelo, fruſtra vsque labores:
Plumula ſe ſurſum flectet; radicula in imum. (1)

Tam vario felix florum diſcrimine tellus,
Vt proſit tibi, ridet: opes tu laetus apricas
Interea venare, fugacis que omine *Floris*
Praeſidium vitae ſolers tibi quaere fugaci.
Ah! quoties pene illa *Phtiſi* conſumta, *Roſarum*
Flore refloreſcet. Ducta e conuallibus aegro
Lilia ſuccurrent capiti: *Cyanoque* ſalubri

(1) Mitterpach. Hiſt. Pl. pag. 89.

Icterus excedet victo male decolor auro.
Haec tibi prae reliquis (Medicae non vltimus artis
Si quis amor) cordi ſit pars. Hinc plurima vitae
Dona laboranti, et praeſentia pharmaca duces.
Hinc nempe aduerſus ventris ſub carcere ventos
Luctantes multum, *Mei* de ſemine robur
Foeniculique, *Carique* feres: tibi forte *Geniſtae* (1)
Seruiet et ſemen; ſeu lymphae intercutis humor,
Seu croceus toto perfuſus corpore pallor
Sit tergendus: et arthritis parili arte fuganda. (2)

§. XIII.

De Gemmis.

Post Semen Gemmas pariter noſcamus, oportet.
E *caule*, ac *ramo* Folium perſaepe videmus
Citra interiectum medium ſe euoluere; Plantis
Contra nonnullis mos eſt Folia abdere primum
Queisdam *Inuolucris*, et ea defendere veſte
Aduerſus triſtes inimici temporis auſus. (3)
Haec ſpecie externa lamellis conſita, tuber
Oſtentant, atque ad digitos quaſi glutine fixa
Lenteſcunt. Quae ſi ramis naſcantur in ipſis,
Gemmae nomen habent: ſi ſub tellure creentur,
Haec inſtar capitis planta emergentia, Bulbos
Dicimus. (exemplar Bulborum Lilia, Cepae)

(1) *Carum.* al. Careum, et Cuminum Pratenſe. V. Cſapó. num. 152. 153. et Indicem.

(2) Savastanus I. 2. Botanic. pag. 56. 57. 58. 70.

(3) Involucra ea vocantur etiam *Hybernacula.*

Tvrio ſub terra e radice erumpere, Gemmae
More ſolet; plantamque nouam producere. (1) Verum
Hunc olitor fruſtra gemmae tractauerit inſtar:
Fruſtra illum condet cuiusquam in cortice rami.

Gemmae porro aliae *foliorum* nonniſi partu;
Quaedam vna *Florum* turgeſcunt germine. Plantis
Nonnullis proprium eſt, vt ſemine non minus, atque
Deciduis *Gemmis* genus immortale propagent.
Gemma medullarum quaedam eſt expanſio. Fructu
Maturo, ſe ſe illa ſolet protrudere. Siſtit
Gemmae incrementum frigus: tum vere reverſo
Sic recipit vires, vt demum euoluere totam
Senſim ſe poſſit, gemmaeque amittere nomen.

Tamqvam oculis, tamquam ramis Gemma vtimur: illam
Cogendo non cognatas haurire medullas. (2)

Qvisqve ſuum, primo in lucem quo truditur anno,
Fert vterum ramus: primo qui vere quotannis
Fronde noua exultat, Zephyrosque laceſſit ouantes.
Haud tum concipitur germen. Lenta otia dudum
Diſſimulans latuit; gemmarumque abdita clauſtris
Implicuit folia, et florum primordia duxit;
Squamoſo obuoluens tegumento, aptisque ſecundis. (3)

(1) Tvrionvm nomen inuenio apud *Columellam.*

(2) V. Mitterpacer. Hiſt. Plant. pag. 20. et Pillervm De Regno Veget. pag. 9. 10.

(3) Savastan. Botanic. L. 2. a pag. 38.

§. XIV.

De Generatione Plantarum.

Æ *ſolo* putri nil naſcitur. Attamen vno
Seminis arbitrio ſoboleſcere PLANTA recuſat.
Cortex, *Gemma*, ipſum *Folium* pro ſemine ſaepe eſt.

POLLINE ab *Antherae* foecundas ſemina Vires
Concipiunt. Hoc ſi ſegeti florere paratae
Abluerint pluuiae, minime miremur, oportet,
Infelix lolium, et ſteriles ſuccreſcere ſpicas.
POLLINE, quod ventus, vel apum allinit alula plantis
Diſtans eiusdem ſaepe arbor ab arbore Claſſis
Foecundum capit auxilium. Neque foeta futura eſt
Sola; niſi adlati vis *pollinis* adiuuet illam.

Hoc facit, vt fructus alieni pollinis hauſtu
Degenerent; mutentque ſuas in monſtra figuras.
Attamen vt ceruus non prodit hirundinis ouo,
Sic piſa in lentes, in auenam triticeum far
Nullum vnquam pollen mutat; niſi Fabula poſcat.

TRANS mare, trans terras, peregrino ex orbe frequenter
Vento actum ſemen noſtras transfertur in oras;
Et fructum parit. Hic porro memorare liceret,
Quam foecunda nouo partu natura ſit; atque,
Ordine quam miro diae Sapientia mentis
Quaſuis Plantarum ſpecies partita ſit orbi.
Torrida perpetuo LYBIAE feruentis arena
Non minus incolitur ſabulo aptis *arboribusque*,

Gramineque, ac *Herbis*, quam ſaxa SIBIRICA; vel, queis
AEterno concreta gelu GROENLANDIA turget.
Haec etiam apta ſuo Coelo fert germina tellus.
Hoc eſt, cur *Plantas* iſto ſub ſidere natas
Alterius fruſtra quaeras ſub Climatis oris.

CVI ſit mirum igitur: Plantas amittere vires,
Mutari penitus, vel viuere denique nolle;
Cum veteri abductis Coelo marceſcere tantum,
Et deſiderio patriae languere, relictum eſt. (1)

§. XV.

De Nutrimento, et Incremento Plantarum.

IMPRIMIS nutritur aqua Planta omnis. Ea ſi
Irrores pannos, telas, fragmenta vitrorum,
Aut ſabulum, inſertam mirabere creſcere plantam.
Amplius addemus: panis, caro, piſcis, olusque
Vertitur in fluidum: quo nobis pabula praeſtet.

SVGITVR a Plantis aqua quouis tincta colore;
Atramentum ipſum: tum vini ſpiritus. Vnum
Non ſorbent oleum; ſed id omni ex parte repellunt.

E Fluido ELECTRI mira incrementa ſubire
In Plantas notum eſt. Coelo ergo deiiciente
Cum tonitru pluuias, dum nempe electrica virtus
Omnia peruadit, noua vita amplectitur hortos.

(1) V. HISTORIAM PLANTAR. Mitterp. a p. 149.

IAM ſaturare *Fimo* pingui ſata noſtra ſolemus;
Atque adeo *ſalibus* vim magnam addente *phlogiſto*,
Aer permixtus, *fermentandoque* ſubactus,
Efficit; vt ſaturatae his partibus vndique faeces
Plantae incremento ſe ſe feliciter addant.

KALMIVS, et PALLAS rite aduertere: *Phlogiſton*,
Aeraque, a *ſaxis* ſubter vegetata repertis
Radicum in fibras multo maiore *repelli*
Niſu, quam a terris reliquis. *Calcarea* praeſtant
Hoc igitur ſtrata, vt, magno diſcrimine, noſtra
Vinea vicini ſuperet cellaria Bachi. (1)
Sic vnum quidquid paulatim protrahit aetas
In medium; ratioque in luminis eruit oras. (2)
Vnda igitur partes, queis vulgo eſt praedita, quasque hic
Egimus innumerum, ſi caſu, aut arte remotas
Amittat, plantis non eſt ſatis apta fouendis. (3)

§. XVI.

Organa Nutrimenti Plantarum.

SVGERE vertendos in pinguia pabula ſuccos
Indubium eſt plantas per *Radicum* organa. Vis eſt
Certa etiam *Foliis*: ſunt oſcula certa, porique,
Queis ſparſum poſſint ex aere ſugere rorem;

(1) V. MITTERP. Hiſt. Plant. pag. 111. et 126.

(2) LVCRETIVS L. 4. pag. 211.

(3) V. Le GENTILHOMME *Cultivateur.* ex Biblioth. M. D. C. Ludouic. Feſteties de Tolna. Tom. 8. *Burdigal.* pag. 3.

Et quodcunque vapor volitans vehit. Iſta igitur de
Cauſſa amplis Foliis ſe Palma ornaſſe videtur:
Vt plus humoris poſſit ſorbere. Proinde
Plantas, qui foliis ſpoliat, male conſulit illis;
Dum nutrimento cogit, vitaque carere.

§. XVII.

Tranſpiratio Plantarum.

CORPORA dilatat calor; auellitque ſolutas
Horum particulas; ac disiicit aere toto.
Sic *tranſpirando*, foliorum tegmina quiddam
E ſuccis Plantae minuunt. Ita noxia quamquam
Plurima reiiciant; nimium tamen officit: Imo
Sic languor ſubit. Huic minime ſola vnda medetur.

Ex his conficies. Cum *tranſpiratio* multos
Per folia eiectet ſuccos, aſcendere ab imo
Plantarum ad ſummos apices, deſcendere contra
Per tubulos alios multum ſucci aere lapſi.

§. XVIII.

AEtas plantarum; et mira quaedam de Plantis.

FABVLA priſcorum ſaepe adſignauerat annos
Arboribus, quos noſtra aetas facili arte refellit.
Id certum: multas excedere ſaecula plura.
Praeterea arboribus grauis vmbra tributa quibusdam eſt;
Vsque adeo, capitis faciant vt ſaepe dolores;
Siquis eas ſubter iacuit proſtratus in herbis.
Eſt etiam in magnis Heliconis montibus arbos

Floris odore hominem tetro conſueta necare.
Carbonum e ligno vis atque odor inſinuatur
Quam facile in cerebrum; niſi aquam præcepimus ante ? (1)
(At ne extra fortaſſe oleas videamur abire)
Quis neſcit, *Plantas* ſoli ſe obuertere plures ?
Id mirum : quasdam noctu ſe claudere, in arctum
Contractis Foliis ; etſi *Tepidaria* nocte,
Non minus atque die, aequalem e fornace calorem
Plantis concilient. Quasdam nox explicat. Horis
Praeterea certis ſe pandere; claudere certis
Conſueuere; nec hunc morem facile vlla relinquit.
Sunt, quae contactum fugiunt: quas vocula frangit;
Sunt, quae auſa temere foliis accedere muſca,
Se retrahunt, laqueoque hoſtem ſtringuntque, necantque.(2)
Flos eſt in Lybia indigenis Flos dictus Amoris,
Hunc, ſi forte tuens laeuo procul omine, iactis
Inceſſas probris; furit ilicet, atque ſolutos
Dilacerat crines, vernasque adſurgit in iras.
Aeris id fieri, rapida cum voce mouetur,
Impulſu cenſe, et flori ſubdente furorem.
Sic, qui quoquo alio vocum diſcrimine pulſus
(Vt re compertum) vitreus ſcyphus integer haeret,
Dein certo vibrante ſono, velut ariete fractus
Aerio ruit, illuſtremque repente ruinam
Corpore dat: rauco adſultans gemit aura ſonore.
Sic, qui furtiui concretus labe veneni,
Appula quod morſu ſuffudit aranea, torpet

(1) Carus *Lucretius* de rerum natura L. 6. pag. 243. et 244.

(2) V. Mitterpach. Hiſt. Plant. a pag. 193.

Humor iners, certo ſonitu rareſcit, et aegrum
Compoſitos agit in ſaltus, et corpore manat. (1)

PARS. II.

CONTINENS VI. PRIMAS PLANTARVM CLASSES.

§. I.

Diuiſio Plantarum in Claſſes.

AVTORES certa vt methodo, ac ſyſtemate *Plantas*
In claſſes tribuant, a fructu, aut ſemine quasdam
Selegere notas. (2) Nobis hac arte relicta
Natura duce, ſeptenis in Claſſibus omnes
Enumerare placet Plantas, hoc ordine ſtructo:

FVNGI; ALGAE; MVSCI: FILICES; ac GRAMINA: PALMAE
Cum PLANTIS proprie dictis Regnum omne pererrant.
(Planta eſtHerba,Arbor,Fructicum agmen,Suffruti cumque.)

(1) V. SAVASTANVM Botanic. L. 1. a pag. 6.

(2) Celeberrimus Linneus Plantas diuiſit in Claſſes, quarum prima continet Monandria. 2*da*, Diandria, &c. 10*ma*. Decandria, 11*ma* Dodecandria. 12*ma* Icoſandria. &c. eaque rurſum ſingula diuiduntur in monogynia, Digynia, &c. In ſingulis ſingula genera ſuis cum ſpeciebus deſcribuntur. V. CAROLI LINEI ſpecies Plantarum. *Tom.* I. et II. *Edit. Vienn.* 3*tia* anni 1764.

§. II.

Claſſis I. Fungi.

Felices populi! quorum ſapientia priſcis
Accepta ex atauis, complectitur omnia Plantae
Cuiusuis adyta; et proprios conuertit in vſus.
Felix Kamtſatkae populus! cui docta Galeni
Virtus in pretio eſt; quoties tantum extera ferre
Planta poteſt aegris praeſentia pharmaca membris:
Cum vulgo *Herbarum*, quascunque domeſtica praebent
Prata, agri, montes, ſyluarumque abdita, vires
Et penitus norint, et permiſcere latentes
Tam dextre ſoleant ſuccos, vt mira peritis
Tanta ars, aut vſus poſſit plerisque videri. (1)
Haec olim populis citra praecepta Scholarum;
Tamquam de manibus Patrum ſumta, omnibus aeque
Communis fortaſſe fuit: certe Hungara mater
Nunc etiam in pagis Plantarum nomina mille,
Mille vſus recitat facunde, et ſtans pede in vno.
Id vero reliquum eſt de magno nonniſi aceruo:
Cetera diſtulerat ſtudium ciuilis honeſti.

At nos prima vocant iam Plantarum agmina, Fungi.
Fungi ſunt Plantae, ſucco, atque epidermide notae.
Fronde carent, ſummo de ſtipite pileus vmbram
Suſtinet: in ſuccum ſparſo vndique ſemine turgent.
Radicum explent officium ſubtilia fila.

---

(1) Stellers Beſchreibung von dem Lande Kamtſatka: Francofurti anno 1774. pag. 70.

Felix AEgyptus fungis caret omnibus. (1) An, quod
Permulti perhibent, ſine noxa nullus edatur, (2)
Ponimus in dubio: nam menſae pauperis vſus
Fungos de terra, deiectaque arbore lectos
Adprobat; et vulgo ſiccos aeque, atque recentes
Inuergit ſtomacho; quin damnum incurrat in vllum. (3)
Scitum illud Flacci: Pratenſibus optima fungis
Natura eſt: aliis male creditur. Estque proinde

Id certum: multos dulci turgere veneno.
Ne color, atque ſapor fallat, ſit cauta legentis
Dextera: ſaepe latent incluſi epidermide vermes.
Putri ſaepe loco ſuccos traxere malignos.
Lacte ſuperfuſo perimit *muſcarius* vna,
Sugentes, gutta, muſcas: eſt Cimicis idem
Hoſtis, in Autumno tritus, ſpondaeque ſubactus.

Vna dies, et nox Fvngos creat: exime paucos
Hoc numero, quorum nempe incrementa requirunt
Plus ſpatii. Sub humo nonnulli; cetera turba
Supra tellurem, viuique in cortice ligni
Creſcere amant; et habent ſub nomine *fomitis*, *vſum*
Pro flamma; corii formam mentita frequenter.
Mirum! tetra etiam norunt *abſynthia* Chuni

(1) Forskal apud *Mitterp.* Hiſt. Pl. p. 174.

(2) Mitterpach. Hiſt. Plant. pag. 194.

(3) V. Matthiae Rath. Ephemerides Hungaricas pag. 464. de S. Annenſibus: et Pillervm de Fungis, ex *Pallaſſii* T. 1. p. 13. Horativs L. 2. Sat. 4. P. 295.

Cogere: vt officio fungantur *fomitis*: ignem
Perfacile accipiant, gratum exhalantia odorem. (1)

Radices queis mixta inſit Calcarea terra
Profert Parthenope. Quas ſi perfuderis vnda,
Dulces praebebunt fungos; hinc nomen adeptae.

Pertinet ad *Fungos* Mvcorvm immunda propago.

§. III.

Claſſis II. Algae.

Alga refert foliis, radice, et caudice molem
Confuſam: nec enim quidquam deprenderis horum
Extra aliud. Raro hanc tellus, perſaepe ſed vnda
Educat; et lapidis, trunci, murique ruinae.
Saepe etiam ligni prognatam e fronde virentis
Vidimus; et foetum per gemmam, ac ſemina ferre.

Alga, quod et *muſco* proprium eſt, ſi forte calore
Ammittat vitam nimio, reparare virorem
Adſolet, anno etiam bis per ſua ſigna reuerſo.

Qva Boreas furit, ac Plantarum examine montes
Deſpoliat, vitam, aut vires non eripit Algis.
Illae etiam in mediis, qua ſol non viſitur vmbris,
Quaque Polos rigidi exurunt Aquilone Triones,

(1) V. Matth. Rath Ephemerid p. 463. *Abſynthium* hoc eſt artemiſia vulgaris. Fekete üröm Beyfuſz. V. M. Rath. Ephem. p. 698.

Per nudos lapides ſe fundere, ſaxa virore
Contegere, admiſſis gremium, ſtratumque parare
Puluеribus, terrisque ſolet: quo ſemina demum
Trans mare, trans alpes vento raptata, ſub *Algas*
Illapſa, in grandes poſſint excreſcere ſyluas.

Lichene expreſſos dat Tinctori Alga colores.
Pabula tuta homini *Fucus*, pecorique miniſtrat.
Idem e ſalſis lectus aquis, animalibus aptum
Praebebit ſtratum; certa pinguedine deinde
Agrum obducturus. Par *Conferuae* eſſe ſolet vis.
Spongia ducta mari multos adhibetur in vſus. (1)
Quod madidum eſt, ſiccat: ſubtilia ſerica mundat.

§. IV.

Claſis III. Muſci.

Planta virens folium, capitellaque puluere farta
Vndique cum toto geſtarit caudice, Muscus
Dicetur. Terram, lapidem, vndam, ac ſaxa pererrat.

Amissos reparat ſuccos, recipitque vigorem,
Seu Boreae, ſeu Phoebi vi torrente peruſtum;
Conſeruatque diu; quin putrem degener humor
Efficiat. Madidis, vicina in gramina, venis,
Ac foliis vmbras, alimentaque ſufficit. Ergo
Quae teneram ob molem facile exareſcere poſſent,

(1) *Paſſim* ad Regnum Vegetabile referuntur Spongiae; ſunt qui dubitent, an non ad regnum animale potius pertineant.

(Herba, arbor, radix) Mvsco praetenſa fouentur.

Nev queat e nigra peſtis prognata palude
Aere diffundi, Sphagnvmqve, Hypnvmqve, Bryvmqve,
Adtrahit ex imo nocitura venena profundo.

De Podiis nomen nactis e gente Lvporvm,
Mira lego: Clavatvm ignes iuuat arte creandos;
Herba autem Vinum corruptum corrigit. Inde
Lapponibus tegetes tergenda in crura parantur.

Indicivm perſaepe Mnion ſolet eſſe latentis
Sub ſe ſe fontis. Calido ſe tempore in arctum
Contrahit; expandit ſed contra, humore coactum.

Rvre Bryon durare iubet per ſecula tectum
Stramine permixtum. Res eſt notiſſima, rimis
Quid proſit Mvscvs per hiatum nauis adactus.

Mvcorem a Mvsco dudum diſtinximus: ille,
Cum ſit magna fides acuenti lumina vitro,
Fungorum genus eſt; fixum quod in arbore, venas
Occupat, et ramos inimica tabe pereſos
Interimit: ſuccum villo quoque Mvscvs edaci
Subducet; ferro niſi tollitur horrida labes;
Cum maduit longo cortex purgabilis imbre. (1)

§. V.

Claſſis IV. Filices.

E Foliis Filicem noſce, et radicibus imis.
Hae raro ſolidae, e fibris plerumque tenellis

(1) Vanier. Praed. L. 6. Pag. 124.

Compoſitae, petilum educunt pro caudice *Filum.*
Hac, tortum in ſpiram Folium, ſe ſe exerit aluo;
Deinde expandendum. nares offendit odore.

E Filicvm ſpecie *Pteris* eſt *Aquilina* (1) frequenti
Vſu nota: fugare ſolet radice cohortem
Cimicum: alit reliquis vehementes partibus ignes:
Dat clauellatos cineres lotricibus. Vre, et
Perde *Equiſeti* vim (Filicum genus) obruit agros:
Pabula corrumpit: neglectis naſcitur aruis.
Pertinet ad filices Polypus vulgaris acuta. (2)

§. VI.

Claſſis V. Gramina.

Gramen habet Cvlmvm pro caudice: quique tumentes
Geſtans articulos, vaginarum inſtar acutis
In longum foliis, ſe inferno in margine claudit.

O magnum vitae auxilium! per amoena vireta
Pratorum, et Segetum, pecorique, hominique paratum.

Hic et Triticeae Species: *AEſtiua*, *Polona*,
Turgida, cum *ſpelta* eſt: hic et Cereale *Secale*,
Hordea, *Feſtucae*, *Phalaris*, *Zea*, pinguis *oryza.*

(1) *Pteris* graece, *Filix* Latine apud Plinium L. 27. c. 9. An Cſaponis Papragy, Perje, Filix mas inſtar alae expanſae, cuius caudex horizontali ſectione exhibet effigiem aquilae bicipitis? confer Linnei Tom. 2. Vien. pag. 1533.

(2) Polypodion vulgare aculeatum.

QVID memorem gramen veſti, varioque colori
Aut inſtrumentis aptum, cophino, atque rudenti?(1)
Nutrit equos Pratenſe *Phleum* feliciter. Horum
Viribus imprimis conducit *Auena* ſatiua.
At vaccis, bubusque *Anthoxanthi* vtilis vſus
Praeſertim eſt. ouibus *Feſtucaè* gramen ouinae.
Cum criſtis *Cynoſura*, et *Auena* elatior addit
Verueci celerem pariter, pinguemque ſaginam.

GYPSO adfirmando ſeruit phragmitis *arundo*,
Et tectis; at ſumta recens fit noxia edenti.
Iam *Lolium*, et fatuam pratis arcebis *auenam*.

COGIT arundineis Perue ac circumſita tellus
De ramis nectar nitidum. Cannae illa pruina
Quantam operam, ſumtus, curas, depoſcat, in arctum
Cogere difficile eſt. Acer id praeſtare videtur
Hungaricum, et magnos vna conſumere ſumtus. (2)

HYBERNO dum pigra gelu ſilet herba: ſoluti
Prata terant impune boues. Sed vere renaſcens
Gramen, vbi Flores intermicat; vdaque verno
Prata colore rubent; procul hinc herboſa ſecundum
Flumina paſcantur: grauior pede taurus inerti
Ne calcet ſpes ipſe ſuas, cum mollibus herbis.

(1) *Holcus Sorgum* in ſpiritu vini colorem dat purpureum. E *ſtipa tenaciſſima* Hiſpani ſtoreas et funes conficiunt.

(2) *Sacharum*. V. LINN. Tom. 1. Spec. Plant. pag. 79. *Kleine* Naturſeltenheiten pag. 49.

At

At neque ſerta legat, floresque puella per omnes
Erret, et inſtabilis teneras pede proterat herbas.
Ipſa etiam ſenio; niſi vis humana reſiſtat,
Degenerant quae *Prata*, fimo recreate: ſitumque,
Et veterem campi maciem ſuperate colendo.
Atque vbi nil proſunt ſterili laetamina fundo,
Iam neque riuus aquis iuuat auxiliaribus herbam,
Inualidis iuncos inter quae ſtirpibus aegre
Proſilit, et rara breuis interlucet ariſta,
Prata lacertoſi ſubigant ignaua iuuenci;
Altius aut palam nitens pede ruſticus aruis
Imprimat, et verſis coelo radicibus, herbam
Extirpet penitus. Mutato ſemine terra
Triticeas alet ingenti cum foenore meſſes;
Atque iterum viridi ſe laetior induet herba. (1)

Felix ille, graui rerum quem pondere preſſum
Semotum longe a ſtrepitu, et popularibus vndis,
Interdum molli et dulci rus accipit vmbra.
Liber vbi penitus curarum, animique ſolutus
Tantiſper reſpiret, et aſpera diluat vrbis
Taedia, ciuiles permutans rure tumultus.
Nunc illum procul vmbroſa ſub valle morantur
Seceſſus pulcri nemorum, ſyluaeque reductae,
Nunc iuuat ignauos aeſtus vitare ſub alta
Ilice: nunc viridi ſubmittere corpus in herba:
Qua ripae, et ripis natae frondentibus vmbrae

(1) V. Vanierii Praedium Ruſtic. L. 7. pag. 132. et Szabó hic.

AEſtibus, et medio ſuadent decedere ſoli.
Interea gelidi fugiunt per gramina riui;
Arboribusque vagantur aues: nemus omne querelis
Perſonat: irriguo qua fons argenteus agro
Labitur: atritos inter leuis vnda lapillos
Obſtrepit, et dulces inuitat murmure ſomnos. (1)
Hac porro laetam captus dulcedine mentem
Inſanos iam non aulae, non vrbis honores
Reſpiciet. Nam plus herbae, riuique placebunt;
Et quae pura venit puro de rure voluptas;
Gramineusque torus, vel ſimplice ſomnus in herba;
Quam foribus domus alta, pauimentoque ſuperba
Porticus, aut variis pictum laqueare figuris,
Atque illuſae auro, Belgisque tapetibus aedes.

Floribvs at variis omnis dum pingitur annus,
Ne ſemper pictos camporum reſpice Flores.
Reſpice ad autorem Florum; coelumque ſaluta
Terrenum, quot habet Flores, tot nobile ſtellis. (2)

§. VII.

Classis VI. Palmae. Accedit Parergon de plantis Hungaricis.

Fert ſpecies Palmarvm aliquas Europa calori
Afrorum propior; verum ars magis educat illas,

(1) V. Rapinvm. Hortorum L. 2. pag. 630. edit. an. 1725. et Wallivm in Paraphraſi Horatiana a pag. 145. Norimbergae an. 1755.

(2) V. Rapinvm Hortorum L. 1. fin. pag. 610.

Quam natura. Haec nutrit eo ditiſſima dono
Trans mare languentes ſolis feruoribus Indos.
DACTYLON hi nobis PALMA e Phoenice miniſtrant:
Iucundum emulgent vinum de Flore BORASSI. (1)

PALMA vero e COCCIFERA quam multa referre
Indorum ſoleant populi compendia; dicat
Facundo *Eulalius*, quem iſthic deſcribimus, ore. (2)

GANGARIDVM celebris PALMA vna eſt arbor; at amplam
Vna penum facit: vna implet naualia: magnum
Vna nemus; multaeque virens vna arboris inſtar.
Quippe hinc et dulci, mutato et ſpumea Bacho
Pocula depromunt: hinc preſſi candida lactis
Munera: Palladiumque oleum: Braſilumque pruinam
Sacchaream: et duro veſcos ſub cortice fructus.
Nec tantum haec. Fila hinc etiam ſubtilia ducunt:
Fila, et acus: nec non Phrygiis certantia villis
Lintea, et intextas facili *ſubtegmine* veſtes:
Cymbiaque, et vario quae docta toreumate fingit
Vaſa Myron, ſtoreasque, vmbrae obtendenda parandae
Tegmina, deductamque medullae e parte papyrum.

(1) *Linnean.* Ed. Tom. 1. Edition Norimberg. an. 1777. German. pag. 62. Palma Boraſſus Linnei aliis *Tal*, et *Lantarus*- Iagerboom. Inde *Saccharum* obtinetur, quod domeſtici *Iagara* vocant. Inde nata fortaſſe vox *Saccharum*. Ita Editor *Linn.* l. cit

(2) SAVASTAN. L. 4. *Botanicor.* a pag. 113. ex *Rajo* Inſtit. Plant. Pag. 1357. Eadem paucis PILLER Pag. 22.

Qvod vero mirere magis, naualibus omnem
Materiem profert haec vna, atque omnia ſupplet
Inſtrumenta, ratis queis rite inſtructa profundum
Late obeat, totis et fulgeat armamentis.
Namque alto e trunco, ramisque extantibus vltro
Aſſamenta parant, clauosque et robore malum
Erecto ingentem: ſiluoſa e fronte reuulſam
Conuertunt in vela comam: villoſa rudentes
Liciaque in laterum ſuturas apta, miniſtrant,
Obducto tomenta tegunt quae carcere fructus;
Obuoluuntque nouo patrium munimine coccum.
Et ne quid deſit, quo ſic extructa marinum
Carpat iter ratis, et curua ſecet aequora puppi,
Ipſo onerant cocco, ſibi quem iam protulit ipſa
Pridem arbor: ſic illa maris vada caerula tranat,
Nil opis externae cupiens, nil indiga laudis:
Ipſa ſibi merx, ipſa ratis: mirantur euntem
Nereides, mollique inſternunt aequora curſu.

Cvnctis prae *Palmis* celeberrima, *teſte Galeno*,
Quam Iudae Regum tellus creat. Omnibus illa
Dotibus aequa aliis, fructu ſupereminet omnes. (1)

Si qua fides Perſis, metro celebrantibus vſum
Palmarvm, e Planta hac tercentis commoda plura
Proueniunt. Fabris carbonem nucleus imo
De fructu exceptus viuacem praebet: eundem
Ruſticus adfuſa poſtquam emollinerat vnda,

(1) Editor Linnei Tom. 1. pag. 51. Norimberg.

Cornutum pecus vtiliter, certoque ſaginat. (1)
AEdibus inde trabes: auguſtaeque inde columnae
Surgunt Aſſyriis: vinum, mel, panis, acetum,
Textile quid quid vis, e Palma accerſitur vna. (2)

Est igitur minime mirum, ſtata tempora Perſas
Obſeruaſſe die quouis, e more vetuſto,
Queis Palmam inſtituant, reliquasque ex ordine Plantas. (3)

Narratvm a priſcis accepimus; id, quod abire
E veterum exemplis in publica commoda poſſet
Vtiliter: Turcas, dum rapto, praedia noſtrae
Incolerent patriae; quoties iniere laboris,
Aut animi cauſſa ſiluas, geſtaſſe recentes,
Turbineae cidari infixos ad tempora faſces
Ramorum: vt mites in qualibet arbore virgas
Fructusque inſererent; carpendaque poma nepoti
In quouis nemore offerrent; vt habere viator,
Ac paſtor ſitis atque famis medicamina poſſet.

Plvrima naturae felix haec Patria debet;
Mox plus debebit maioribus artibus vſa.
Hic praeter plantas, propria ſub claſſe notandas,
Rhvs Coccigria, vel Cotinvs Szaladina opulentat

(1) *Strabo Geographiae* Lib. 16. pag. 1073. Amſtelaedami an. 1707. Graec. Lat. Ex *Bibliotheca Patachichiana.* Φασι δ' εἶναι καὶ περσικὴν ᾠδὴν. Dicunt eſſe carmen quoddam Perſicum, in quo 360, *Palmae* Vtilitates numerentur.

(2) Strabo *Geograph.* L. 16. pag. cit. et 1073.

(3) Strabo Geogr. L. 15. pag. 1067.

Rura requens; Braſili ligni aemula, quaeque peritis
Rerum noſtrarum expetitur flauo apta colori. (1)
Nec Coriaria Rhvs noſtra tellure recuſat;
Creſcere: certe Oleas medium qua reſpicit axem,
Hungara praebebit plaga, Gallorum arte coacta.
Myrtillus, *Tamarix*, *Ficus*, *Syringa*, *Ialapa*,
Perpetuoque virens Rhododaphne, ſiue Leander.
Capſicon, *Appocynum*, *Paſſiflora*, altaque, *Cerae*
Nomen habens *Aloe* (vt tranſmittam *Punica Mala*)
Aut ruri, aut habitis paulo curatius hortis
Primorum Hungariae, iam paſſim increſcere norunt.

---

(1) Cotinvs. Alias *Coccigria*. Szömörtze-fa. Feſtö-fa-Gelb-holtz. *Bois de Fuſtet*. V. Linn. Germ. Tom. 3. pag. 348. Vicinia Brudenſis Cotino abundat: nec non Szaladienſis Prouincia in partibus Diaſanis. Rhvs Coriaria. Feſtö-fa, Farberbaum. V. ibid. Linn. pag. 340.

Tamarice, Tamarix, Tamariſcus. *Ficus Indica* tepidariis nota.

Capsicon, vel Capſicum. Török bors. Indiai Bors.

Apocynum: *Medico Albenſi*, *D. Brigelio* cui hic obſeruationes plures in acceptis ferimus. Fa gyapju, Segesdi fa gyapju. V. Lin. Tom. 1. Latin. pag. 311.

Passiflora V. Lin. Lat. p. 1355. Kinſzenvedés virágu. Paſſions blumen.

Cereus. al. Aloe. Linn. inter Hexandria monogynia.

Rhododaphne al. Nerion. Ital. Oleandro. al. Aleander. Prvdentivs in Hamartigenia. apud *Harduin* in notis peinian. L.16. pag. 15. Roſcidus et viridem qui veſtit flos *Rhododaphnen*, Pabula laſciuis dederit ſincera capellis.

V. Indic. I.

PARS III.

CONTINENS PLANTAS PROPRIE DICTAS.

§. I.

Ordo et definitio rerum hic tractandarum.

PROVEHIMVR: ſiluas, hortos, *Fruticumque* cateruam,
Et lactas *Herbarum* acies, viridemque cohortem
Viſuri: ſolitae memores breuitatis, et vna
Imprimis Patriae, vicinorumque futuri.

ARBORIBVS poſitum ſyſtema Botanicon, ordo
Quem ſequimur, conſcripturis prolixa, relinquet.
Nos geminam ARBORIBVS claſſem tribuemus; earum
Altera *ſilueſtres*, *hortenſes* altera claudet
Concilio. Porro ARBOR id eſt, quod viuida radix
E Trunco in patulos cogit ſuccreſcere ramos.

SOLA mole FRVTEX vera minor arbore ferme eſt.
Ad FRVTICES *Roſa*, cumque *Rubo*, *Coryloque* refertur
Oxyachanta. Alii *Corylum* vna, ac *oxyachantam*
Huic adimunt generi: quod in altum excreſcere truncum
Saepe ſolent; dignae, queis *Claſſem* indulgeat ARBOR.
Quae dum commemoro, mihi iure in vota vocandas
Arbitror eſſe omnes, quas quondam carmine dulci
Vmbrarum cauſſa plantas exciuerat Orpheus.
Vmbra loco venit. Non Chaonis abfuit arbor,
Non nemus Heliadum, non frondibus Eſculus altis:
Nec tiliae molles, nec fagus, et innuba laurus:

Et Coryli fragiles, et fraxinus vtilis haſtis,
Enodisque abies, curuataque glandibus ilex:
Et platanus genialis, acerque coloribus impar:
Amnicolaeque ſimul ſalices, et aquatica lotos:
Perpetuoque virens buxus, tenuesque myricae,
Et bicolor myrtus, et baccis caerula ficus,
Vos quoque flexipedes hederae veniſtis, et vna
Pampineae vites, et amictae vitibus vlmi
Ornique, et piceae, pomoque onerata rubenti
Arbutus, et lentae victoris praemia palmae:
Et ſuccincta comas, hirſutaque vertice pinus. (1)

§. II.

Propagatio Arborum.

SEMEN deciduum, *Gemmae*, *Ablactatio*, Rami
Inſitio, arboreos, nec non *Immerſio*, foetus
Propagant. Hi *tranſpoſiti* vitium omne relinquunt;
Temporis accedat ſi cura, ſolique, ſitusque:
Ne furto humorem, vicinum abducere germen;
Aut Boreas, Phoebuſue ſuis configere telis
Poſſit adhuc teneram, et nondum acrem in praelia *Plantam*. 2)

(ALGAE innaſcentes et *muſci* in cortice *Trunci*
Reſpiciunt cliuos coelorum ſemper eosdem

(1) OVIDIVS Metamorph. L. 10. n. 3. pag. 407.

(2) *Inſitiones*, earumque ſpecies ac nomina Latina, Vngarica, Germanica, V. in Mitterp. *OEconomia* Tom. 1. a pag. 160 ad 573.

Ferme in condenſo quouis nemore: vt tibi tuto
Index Magnetis vim nactus poſſit abeſſe.)

Arboribvs porro varia eſt natura creandis;
Dicere vt inſtitui. Quaedam citra vllius artem
Sponte ſua veniunt: campoſque, et flumina late
Curua tenent: vt molle *ſiler*, lenteque *geniſtae*,
Populus, et glauca canentia fronde ſalicta:
Pars autem poſito ſurgunt de ſemine; vt altae
Caſtaneae, nemorumque Ioui quae maxima frondet
AEſculus, atque habitae Graiis oracula *Quercus*.
Pullulat ab radice aliis denſiſſima ſilua:
Vt *Ceraſis*, Vlmiſque. Etiam Parnaſſia *laurus*
Parua ſub ingenti matris ſe ſubiicit vmbra.
Sunt alii, quos ipſe via ſibi repperit vſus.
Hic *plantas* tenero abſcindens de corpore matrum
Depoſuit ſulcis: hic ſtirpes obruit aruo.
Nil radicis egent aliae; ſummumque *Putator*
Haud dubitat terrae referens mandare cacumen.
Quin et caudicibus ſectis (mirabile dictu)
Truditur e ſicco radix *oleagina* ligno:
Et ſaepe alterius ramos impune videmus
Vertere in alterius; mutatamque inſita *mala*
Ferre *Pyrum*; et *Prunis* lapidoſa rubeſcere corna.
Sponte ſua quae ſe tollunt in luminis auras,
Infoecunda quidem, ſed laeta, et fortia ſurgunt.
Quippe ſolo natura ſubeſt. Tamen haec quoque ſi quis
Inſerat, aut ſcrobibus mandet mutata ſubactis,
Exuerint ſilueſtrem animum, cultuque frequenti

In quaſcunque voces artes, haud tarda ſequentur. (1)

Cvm ſpecimen ſationis, et inſitionis obortum eſt,
Vna etiam libitum eſt ſtirpes committere ramis;
Et noua defodere in terram virgulta per agros.
Inde aliam, atque aliam culturam dulcis agelli
Tentabant, fructusque feros manſueſcere terra
Priſci indulgendo ſuerant, blandeque colendo.
Inque dies magis in montem ſuccedere ſiluas
Cogebant, infraque locum concedere cultis: (2)
Prata, lacus, riuos, ſegetes, vinetaque laeta
Collibus, et campis vt haberent; atque olearum
Caerula diſtinguens inter plaga currere poſſet
Per tumulos, et conualles, camposque profuſa:
Vt nunc eſſe vides vario diſtincta lepore
Omnia, quae pomis interſita dulcibus ornant,
Arbuſtisque tenent felicibus obſita circum. (3)

In teneris quamquam melius reſpondeat annis
Inſitio; ſi quos tamen emendare placebit;
Aut vno varios trunco confundere fructus,
Non ſimplex modus eſt alienum immittere germen. (4)

Hos qui poſſe modos omnes deſiderat, artem
Ruris habendi adeat plena in praecepta redactam
Budenſi nuper libro: Vanierius addet

(1) V. Virgilivm *Georgic.* L. 2. a v. 9.
(2) Haec Lvcretii de Extirpationibus ſiluarum intellige.
(3) Lvcretivs L. 4. pag. 211.
(4) Vanierivs Praed. Ruſt. L. 5. pag. 192.

Nonnulla: accedent rerum vſu cetera cauto. (1)

Insitione nihil ruris cultura, vel vſu
Vberius, viſu vel pulcrius extudit. Illa
Scilicet arte feros cogit manſueſcere fructus:
Nobilitata nouis ita frondibus arbor vbique
Prouenit: et *Ceraſos*, nec non gaudentia ſicco
Perſica mala ſolo pingues vligine campi
Parturiunt: *Prunus* dat cerea *poma*, ſuumque
Fraxineo nomen trunco: ſic inſita *malus*
Foecundat *ſalices*, et ſpinis natus alendis
Flore micat; fructuque *Rubus* grauat vbere ramos. (2)

Vos hinc praecipuam cultores quaerite laudem
Hortorum: veſtris hunc addite rebus honorem:
Externasque *Pyros*, peregrinaque *Poma* per hortum
Accipiant patrii, fiſſo ſub cortice trunci.
Hinc melior ſoboles, & opimi copia foetus.
Ipſa, quibus careas, praeſtet vicinia fructus:
Et, quibus ipſa etiam vicinia forte carebit,
Quaere vel extremo ſtudioſus ab orbe petendos. (3)

At ſi forte legas peregrinae ſemina Plantae,
Quam nimio plaga ſole rubens tibi miſit alendam;
Autumni ne crede ſolo ſub frigora. Noſtras

---

(1) V. Mitterpach. De *cultu Hortorum* c. 2. De variis Inſitionum generibus. Tom. 1. p. 56. Item de *Cultu pomorum* Tom. 2. p. 115.

(2) Vanierius. Praed. Ruſt. L. 4. pag. 104.

(3) V. Rapinum Hortorum L. 4. pag. 658.

Namque hiemes non illa ferent; peritura: tepenti
Vere ſeras: veri tandem ſe credere diſcent.
Quin pictis iſthaec ſatius committere teſtis,
Fictilibusque cauis: vt quae planta euenit illinc
Aduena; ſi quando gelida bacchetur ab Arcto
Aura mouens, tutas transferri poſſit in aedes.
Haec eadem pangendus humi ſibi tempora poſcit
Surculus: vt certam valeat promittere ſiluam. (1)

Cvm vigilante virum dextra tranſponitur arbor,
Ante locum ſimilem exquirunt; vbi prima paretur
Arboribus ſeges; et, quo mox digeſta feratur:
Mutatam ignorent ſubito ne ſemina matrem.
Quin etiam coeli regionem in cortice ſignant:
Vt, quo quaeque modo ſteterit, qua parte calores
Auſtrinos tulerit, quae terga obuerterit axi,
Reſtituant. *Adeo in teneris conſueſcere multum eſt.* (2)

§. III.

Diuerſae Arborum Patriae.

Nec vero terrae ferre omnes omnia poſſunt. (3)
Fluminibus *Salices*; craſſisque paludibus *Alni*,
Naſcuntur: ſteriles ſaxoſis montibus *orni*.
Littora *myrtetis* laetiſſima: denique apertos

(1) Savastan. Botanic. L. 3. a pag. 99.

(2) Virgilivs Georgic. L. 2. a v. 265.

(3) Virgil. Georg. L. 2. a v. 109.

Bacchus amat colles: Aquilonem, et frigora *Taxi*:
Diuiſae arboribus Patriae: ſola India nigrum
Fert *ebenum*: ſolis eſt *thurea virga* Sabaeis.
Quid tibi odorato referam ſudantia ligno
Balſamaque, et Baccas ſemper frondentis *achanti*?
Quid nemora AEthiopum molli canentia *lana*?
Velleraque vt foliis depectant tenuia Seres?
Aut, quos Oceano propior gerit India lucos,
Extremi ſinus orbis? vbi aera vincere ſummum
Arboris haud vllae iactu potuere ſagittae?
Et gens illa quidem ſumtis non tarda pharetris. (1)

Non aliis videas terris fortaſſe patentes
Tam late truncos, quam quos fert Africa: cuius
Arbor *Adanſonio* de nomine nota, per orbem
Sexaginta quinque pedes complectitur. I nunc,
Et diametrum eius fac aequet pertica duplex: (2)

§. IV.

Classis Arborvm I.

Arbores ſilueſtres.

Sponte ſua vaſto nemori quae innaſcitur arbor,
Aut latis turget *foliis*, ſub tempore brumae

(1) Virgilivs L. 2. *Georg.* a v. 116.

(2) Adansons Reiſe nach Senegal. pag. 64. Arbor Senegallica: Alpini *Babobad.* al. *Adanſonia.* al. Arbor panem praebens Simiis. *Pertica* .. 10. ped. Diameter Adanſoniae .. circ. 22. ped.

Deciduis; aut anguſtis, ac cuſpide, tamquam
Teli acie armatis; hibernaque frigora ferre
Aſuetis: duro vel molli praedita ligno;
Fructumque, aut ſemen volucri pecudique, hominique
Praebendo, in vitae ſe ſe offert commoda noſtrae.

§. V.

Ordo I. Arborvm Silvestrivm,

Continens Arbores foliis acicularibus.

Inter eas, quas armat acus, *Pini* vſus in aede eſt,
Cui nomen *Piceae*, *Larices*, *Abiesque* dedere.
Pertinet huc *Cedrus*; nec non Ebeni aemula *Taxus*;
Natiuam ſi duritiem color imbuat ater.
Cedrum de Libano iam ad ſe Germania duxit.
Quondam illum montem Cedri ornauere frequentes;
Nunc rarae. (1) Sic terra vices ſublapſa refingit!
Iuniperum, ob baccas, et ſuffimenta probamus.
E baccis liquor excoquitur mire vtilis aluo;
Materies capulos; et ſcalpros dentibus, offert:
Sandaracham ſeu reſinam ſub cortice claudit.
E *Larice*, et *Pinu ſilueſtri* ligneus imbrex
Caeditur imprimis: *terebinthus* manat vtraque. (2)
Porro e *ſilueſtri* colophon, axungia, pixque

(1) Ravwolf apud Editorem Linnei Tom. 2. p. 357.

(2) Ex Laricibus imprimis Veneti (apertis in arbore foramellis) celebre Terpentinum legunt. *Editor* Linn. Tom. 2. pag. 361.

Elicitur. *Pinus* que oleum *montana* profundit.
Apte autem e *Cembra* lecticae, et ſcrinia fiunt:
Quod tineis minime ſunt eius peruia ligna.

Haec omnis ſpecies montana cacumina ferme
Diligit; et, Larice excepta, folia explicat vltra
Saeuam hiemem. Aſt *abies* caſus viſura marinos
Non inuita capit radicibus humida plana;
Deuiaque, et ſiluis horrentia ſaxa fragoſis.

Cvm *Foliis* Lavri ſe, et rura perennibus ornent;
Hic memorare iuuat doctarum praemia fauſta
Frontium: Apollineae famam artis: ſanguine quondam
Victorum inluſtre; ac natum diadema triumphis.

Haec vigil Auguſtae, ac ſacrae cuſtodia portae
Fatidico crepitu Grajos animauerat ignes:
Quaeſitae ſignum pacis: faſcem inter et arma
Lictorum, optatus venientis Caeſaris index (1) —.

Haec arbor meritis, ac nomine nobilis optat
Et molles Aſiae campos, et plurima noſtrae
Europae imperia: haec oleoſis *pharmaca* baccis;
Haec et aromatica percurſat fronde *culinas*. (2)
Cetera de genere hoc paucis. Nam Caſſia, Benzum,
Cinnama, Saſſafras, et Camphora, pluraque vulgo

(1) Plinivs Hiſt. Natur. L. 15. Cap. 30. pag. 754. Nov. Edit. *Harduini*. Laurus triumphis proprie dicatur; vel gratiſſima domibus, ianitrix Caeſarum, Pontificumque: Ipſa pacifera: faſces Imperatorum decorat.

(2) Editor Linnei. Tom. 1. pag. 526. *De Lauro Nobili.*

Nota, Indis veniunt e trunco, aut cortice LAVRI;
Aut foliis: quae in Linneo ſpectanda relinquo. (1)
Arboris eſt ſuccus tam thus, quam myrrhea ſtacte.
Nempe Arabum ſimilis LAVRO arbor, fiſſa, liquorem;
Vel ſpumam potius pinguem parit. Illa coacta,
Siccaque, thuris habet pretium. Reſina nitore
Ne quem deludat, genuini inſignia thuris
Haec ſunt: non recipit dentem, manſumque friatur,
Vt ſabulum: admotum carboni, concipit ignem
Absque mora: praeter candorem excellit odore.
MYRRHA arbor ſtacten ſponte aeque, ac caeſa profundit.
Illa etſi amiſit veteres ſub corpore ſenſus,
Flet tamen; et tepidae manant ex arbore guttae.
Eſt honor et lacrymis; ſtillataque cortice myrrha
Nomen herile tenet, nulloque tacebitur aeuo. (2)
Indica, labruſcae ſimilis fert vitis *amomum*:
Nomen ei ob formam merito dat Plinius vuae. (3)
In Ceilanorum menſis (breue pono parergon)
Memmecili folio croceus color additur eſcis. (4)

(1) V. LINAEVM German. Tom. I. a pag. 504. De Gummi Benzoes V. GÜNTHER Academie der kaufleute Tom. I. p. 1536. Lipſiae 1762. e Biblioth. *Feſt.*

(2) OVID. Metamorph. L. 10. a v. 499.

(3) PLINIVS (de thure ſtacte. &c.) Hiſtor. Natur. L. 12. nou. Edit. *Harduin.* Tom. I. pag. 664. 662.

(4) V. LINN. Germ. Tom. I. a pag. 487. .. 487.

§. VI.

§. VI.

Ordo II. Arborum ſilueſtrium; continens Arbores foliis hieme deciduis.

IAM pandis laxe foliis ſiluae incola denſae
Arbor, quam vario ſe ſtemmate, nomine, fructu,
Atque vſu nobis commendet, dicere paucis
Difficile eſt. *Corylus*: *Pyrus*, atque *Crataegus*,
Meſpilus, ac *Pomus*, tum *Iuglans Regia*, *Fagus*,
(Ne plures memorem) nos fructu diuite nutrit.

SVB *Quercu* glandem ſus certat frangere; quid? quod
Boletos eadem, et Gallas creat: integra longum
Fert in aquis aeuum. *AEſculeis* vt gratia lignis
Nulla ſit; a fructu merito laudantur. Amarum,
Poſtquam per calcem et cinerem tenuata, ſaporem
Caſtanea amiſit, pecudes, volucresque ſaginat.
Cogere commolitam mos eſt in ſmigmatis vſum,
Atque amyli. *Prunos auium*, dum planta tenella eſt,
Ad vaſa vtiliter cingenda adhibere ſolemus:
Fermento fructus generoſa in vina iubentur
Migrare: emoritur cito trunco ſubditus ignis.

AESCVLVS, et *Tiliae* ſcalpro aptae: *Betula* torno,
Portis, cardinibus, fontisque canalibus *Vlmi*.
Vlmi campeſtres foliis tubercula quaedam
AEmula Gallarum nodis, et turgida geſtant
Vermiculo, ſuccoque ſimul, cui balſama nolis
Praeferri; vsque adeo ſanando in vulnere praeſtant!

Pabula de foliis tribuunt Bombycibus, Agnis;
Imo homini, ſi fors *vncto* condita parentur. (1)
Ad paſtum pecudum, et flammas adhibeto *Coronam.* (2)
Populus, et *ſalices* maturis humida ſiluis,
Ac ſabuloſa opplent: Virgas *Babylonica* longas
Caudice porrectas in terram, emittit; agique
Se facilis patitur texenda ad ruſtica vaſa:
Explicat in latum frondes, quae trima putatur.
Eſt inter ſalices, cui nomen *Caprea*, ſiccis
Grata locis, carbone probo, pyrio apta parando.
Vimineae ſalices complent humentia paſſim. (3)
Quondam cana ſalix madefacto vimine paruam
Texta eſt in puppim, caeſos induta iuuencos. (4)

QVAMLIBET ingentem feret *Alnus Betula* molem
Pluribus annorum luſtris tutiſſima in vndis.
Ipſae caucaſeo ſteriles in vertice ſiluae,
Quas animoſi Euri aſſidue franguntque, feruntque,
Dant alios aliae foetus: dant vtile lignum
Nauigiis Pinos: domibus *cedrosque*, *cupreſſosque.*
Hinc radios triuere rotis, hinc tympama plauſtris
Agricolae, et pandas ratibus poſuere carinas.
At *myrtus* validis haſtilibus: et bona bello
Cornus: Ityraeos *Taxi* torquentur in arcus.
Nec *Tiliae* leues, nec torno raſile *Buxum*

(1) V. *Linn.* Germ. Tom. 1. a pag. 383.

(2) *Corona* ſeu Robinia pſeudo Acacia. Koronafa. Acacienbaum.

(3) V. *Linn.* Germ. Tom. 2. pag. 413.

(4) *Lucanus.* et *Cunichius* in notis Anthologicon. pag. 24. *Rom.* 1771. Huc quadrat illud *Anthologiae.* Lignator ſiluas ratibus ne caede ſtruendis; Pro pinu aequoreas ſulcat aquas corium.

ORSZ. SZÉCHÉNYI KÖNYVTÁR

Non formam accipiunt: ferroque cauantur acuto. (1)

Qvercinvs eſt cortex, corium qui macerat: alter
Nomine *ſubereo* notus, craſſiſſima *Quercus*
Eſt cutis: ac obturandis dat opercula vitris.
Hoc rite aptato facile eſt in cortice nare.
Mira in corticibus tingendi gratia, quando
Excoquitur fuſus per turgida viſcera ſuccus.
Mira in *Quinquinae* Peruanae cortice vis eſt
Pellendi febrim gelidam, quam tertia reddit
Quaeque dies: eadem *Chinae* quoque nomine nota eſt.
Hic iam plurima de foliis, ac fructibus addi
Vtiliter poſſent: ſed terret me mare magnum.
Id vulgo notum: Bombyces viuere *Moro*.
Flaccus non male fors edixerat: Ille ſalubres
AEſtates peraget, qui nigris prandia moris
Finiet; ante grauem quae legerit arbore ſolem. (2)
Sit pudor incautis: *Morus* cauet. Illa doloſo
Nil temere credit zephyro: nam veris adulti
Iam certum expectans ſolem, non germinat ante,
Frigoris infeſti quam cuncta receſſerit aura:
Tum floretque viretque ſimul, longaeque rependit
Damna morae: atque vna totam ſe nocte profundit.
Inſidias coeli ne tunc vereare ſereni
Amplius, et vaſto quae caeca pericula Ponto. (3)

(1) *Virgil.* Georg. L. 2. a v. 440. *Ituraei* Syriae populi.

(2) *Horatius.* L. 2. Sat. 4. pag. 295. De *china* v. *Lin.* Germ. Tom. 1. a pag. 258. et *Syſtem.* Lehrbuch. pag. 178.

(3) Passerat. apud *Hard.* in Not. Plinian. L. 18. p. 135.

E foliis paſtum dum praebet *Frangula Rhamnus*,
Vaccarum extendit pingui vbera lacte, butyro. (1)
Paſcendis apibus *Tiliae* flos optimus: has ſi
Viuere de *quercu* cogas, tota agmina perdes.
Expreſſo *Corylus*, *Iuglans*, et *Amygdala fructu*
Dant oleum: aduerſus tinearum examina magno
Ramos e corylo virides immergere aceruo
Frumenti, felix quorundam induſtria tentat.
Mollibus e lignis pyrio pro puluere carbo
Conteritur: gratas exudat *Betula* lymphas.
Goſſipium, et *Bombax* quodam diſcrimine lanae
Florumque ac folii, ſunt Indae nomina Plantae.
Huius nonnullum ſpecimen Seggesdica praebent
Goſſipia Hungariae. quae iam Toponaria tellus
Felici educit cultu. Digniſſima certe
Quae in plures hortos, campoſque colonus adoptet.
(*Populus* his etiam tumet, et Pentandra ſalix:) haec
Vero Goſſipio tuto miſcere licebit
Omnia: quam facili in veſtes accommoda queſtu! (2)
Sola autem, nimia lanae breuitate quod apta
Filo ducendo non ſint, farcire iubentur
Puluillos. verum haec niſi ſemine libera praeſtes,
Puluinum obiicient, et lectiſternia muri.

---

(1) *Frangula Rhamnus* Büdös tſereſnye, Faulbaum.

(2) Seggesdici Goſſipii Frutex, al. *Apocinum*. Gyapjuſa. per *Populum*, hic *Populum tremulam* intellige. De modo tractandi Goſſipii V. Liber. FLACHATII Beförderung der Handlung. Lipſ. 1768. Ex Illuſt. Biblioth. M. D. C. Ludov. FESTETICS de Tolna. Tom. 2. pag. 327. et SYSTEMAT. Lehrbuch pag. 193. V. LIN. GERM. Tom. 2. p. 161. Apocyni variae ſunt ſpecies. Syriacum ſeu Beidelſar Alpini, non probat Encycloped. OEconon. Pag. 114.

§. VII.

Nonnulla de materie nauium, ac tempore caedendarum arborum.

MATERIEM naui texendae ſilua miniſtrat.
Hic de delectu paucis, aduerte, docebo.
Prima tibi *Pinus* rigida gemat icta ſecuri; (1)
Atque vmbroſa ruat ſciſſis radicibus *Alnus*:
Adde *Vlmos*, caeſoque cadat de ceſpite *cerrhus*.
Nigras caede *Nuces*: *Abies*, annoſaque *Fagus*
In partem veniant operis: neu cedere molles
Cures *Caſtaneas*: multum aut *Querceta* fatiges.
Caſtaneae fragiles, *Quercus* nodoſa lacertos.
Vmbroſis aptae frondeſcere montibus ambae;
Paſcere et autumno pingui pecus vbere baccae;
At non oceanum ſulcare. In fontibus alta
Non te frondoſa delectet *populus* vmbra:
Nam leuis eſt arbos, et abundat plurima ſucco.
Phoenices *Cedrum*, et Syriae laudato *Cupreſum*;
E noſtris fructus petito: ſine creſcere *Malum*.
Extremum AEgoceri rediens cum liquerit orbem
Phoebus, et aduerſo ſurgens canis emicat aſtro,
Tertia ſi raris per coelum cornibus ibit
Sidereo comitata choro Latonia virgo, (2)
Tunc tibi nubifero nutare a vertice Fagi

(1) NICOL-PARTHEN. GIANNETTASIVS Nauticor. L. 1. a Pag. 56. Neapol. an. 1686.

(2) CVM ſol in Ianuario, relicto Capricorno, aditurus Aquarium eſt.

Incipiant: late ferro Pineta laborent.
Nulla quies operi: caedendis optimus altis
Arboribus nempe ille dies. Qui deinde ſequuntur,
Deciduum ad menſem, quo toto effulſerit orbe,
Felicem ſiluis ſobolem; ſed nauibus aptam
Non tibi materiem praeſtabunt. Vbere pleno
Humorem nimium plantis, ſuccumque miniſtrant.
Sic ſi nimboſus Mauris de finibus Auſter
Irruerit, ſubitisque nemus concuſſerit alis,
Parce trabi, et trunco rigidas auerte ſecures.
Tandem (nos doctos multa experientia reddet)
Illa *Abies* nautae votis reſpondet auari,
Quae, cum nodoſis tenuis radicibus humor
Sufficitur, nec aqua nimia humectatur, et Auſtri
Secura, in matris gremio conciſa bipenni
Congemuit; magnumque dedit conuulſa fragorem.
Illius aeratae ſuperabunt luſtra carinae.
Sed neque materiam ſubitus denudet; et *Vlmos*
Ire nouam in formam iubeat fabricator; at illas
Torreat ignito geminus ſol ſidere cancri.
Sic omne excoquitur vitium, ſic cortice multus
Succus abit pingui, atque exudat inutilis humor.
Hac, hac ſolerti fecerunt arte carinas
Victores, quibus oceani ſpumantia regna, et
Indomitos poterant ſua ſub iuga mittere fluctus.
Sic geminae naues, (quod iam expectata Nepotum
Miratur, ſemperque omnis mirabitur aetas)
Immenſo poterant gyro circumdare mundum;
Ac totum oceani tranſmittere curſibus aequor. (1)

(1) Nauis *Victoria* Ferdinandi Magellami anno 1579. Hiſpali ſoluit, et Nauis Coquii ex Anglia an. 1768.

§. VIII.

Classis Arborvm II.

Arbores Hortenſes, et quaedam Peregrinae.

Frvctiferis variam tribuunt Pericarpia turmam.
Pomiferas *Pyrus*; hanc ornare *Cydonya* certat.
In Drupeis *Pruni* plures: *Cerasunte* profecta,
Armena (1) tum a *Perſis* quae nomen *Amygdalus* optat.
Singula per varias ſpecies noua digerit aetas;
Omnibus a fructu, vel lignis laude tributa.

Ligna *Pyri* torno, flammisque accomoda: fructu
Vtimur in ſuccum verſo, toſto, atque recente.
Sylueſtri e Ceraſo Succus decoctus, et igne
Lento denſatus dat eosdem ſaepius vſus,
Quos atramentum Sinicum. Ne deflua *Prunum*
Reſina expoliet ſucco, fructuque, neceſſe eſt
Vulneri ab obducta fieri medicamina terra.
Pluribus interea Prunum non enecat annis

(1) Pomona Franconica (Déſcription des arbres fruitiers) Gall. et Germanice. per Ioan. *Mayer*. Norimbergae 1776. Tom. 1. pag. 2. e Biblioth. M. D. C. Lud. *Feſtetics* de Tolna. *Mala Armeniaca*, vel Epirotica: al. praecocia, vel praecoqua. Germ. Die Apricoſen, vng. Kaiſzibaratzk: Ital. Bricocoli Dioſcorid. vnd *Plinius* nennen die Apricoſen Armeniſche aepfel, vnd Praecoqua. *Galenus* hingegen verſichert, das zu ſeiner tzeit der namen Armeniſche aepfel ſchon gantz abgegangen ſey. Addit Autor; Galeni tempore adpellari coepta Prykokkia, vel Berikokkia, inde natum videri Italorum *Bricocolo*.

Vulnus hians. *Nuceas* communis Amygdalus auget
Iuglansque, et *Corylus* ſpecies. Dat Amygdala *Prunus*
Dulcia, in illorum frondes inſerta perite.
Quid memorem hic oleum, vel lac, quod *amygdala* praebent!

IVGLANDIS *Drupa* ficca migros dat ſaepe colores;
Saepius et fuſcos. Illam Heluetus incoquit vndae,
Qua dein aeſtiuos vnctum pecus ante labores,
Nec Veſparum agmen, nec diros curat aſylos.
Caſtaneas reperire nuces, quas dicere *Trapas*
Linneo placuit, ſub aquis ſolet Hungara pubes.
Stagna colunt Siklosino iuncta, atque Tybiſco. (1)
Nec Varadina caret nec aquoſa Lebenia tellus
Hoc tribulo; endromidem quisquis ſuperiniicit vndis;
Affixas villis educit flumine Trapas.

BACCIFERAS inter *vitis* celeberrima; deinde
Meſpilus, et Ribes rubrum et nigrum, vtraque Groſſus.

VINVM corruptum, dat acetum: ex faece crematum
Elicitur: lignum in baculos effingere mos eſt.
Italiae *vites centum* dicuntur in annos
Durare; et vinum generoſum fundere: nempe
Et *vitem* et *vinum* commendat cana ſenectus.
Collibus, an plano melius ſit ponere vitem?
Quaere prius. Si pinguis agros metabere campi,

(1) KLEIN Samlung Naturſeltenheiten. Presb. 1778. p. 48. LINN. Tom. 1. *Trapa natans* Pag. 175. &c. Vizi dió, vizi geſtenye: ſulyom.

(2) *Arbor* FICVS Groſſus. GROSSVLARIA Köſzméte, Egres. V. Indic.

Denſa ſere: in denſo non ſegnior vbere Bacchus.
Sin cumulis adcliue ſolum, collesque ſupinos, (1)
Indulge ordinibus: nec ſecius omnis in vnguem
Arboribus poſitis ſecto via limite quadret.
Vt ſaepe ingenti bello, cum longa cohortes
Explicuit legio, et campo ſtetit agmen aperto.
Non animum modo vti paſcat proſpectus inanem;
Sed, quia non aliter vires dabit omnibus aequas
Terra: nec in vacuum poterunt ſe extendere rami.
Forſitan et ſcrobibus quae ſint faſtigia, quaeras?
Auſim vel tenui *vitem* committere ſulco:
Altius, ac penitus terrae defigitur arbos. (2)

Saepe etiam in ramis ſtomacho exonerata relinquunt
Visci ſemen aues. ita ſe ſe planta propagat;
Quin ſulcum ſibi ſub ramo deſideret altum. (3)

Sic croceos paſſim muris erumpere flores,
Proceraque humiles in turre vireſcere plantas
Aſpicimus, ſemen genitale ferentibus auris. (4)

Hic quaedam de pingui expectes forſan *Oliua*,
Deque peregrinis ſua iam per aromata notis
Arboribus? parebo; breui ſpero, eſſe licebit.

Vbere cum diues foetu iam Palladis arbor

(1) *Intellige*: metabere.
(2) Virgil. Georg. L. 2. a v. 216. 229. 234. &c.
(3) V. Editorem Linnei Germ. Tom. 4. 2 pag. 580.
(4) V. Vanier. Praedii L. 6. pag. 125. et Szabó hic.

Brachiá demittit nigros induta colores,
Longa fatiſcentes excuſſis pertica baccis
Exonerat ramos: tentaeque ſub arbore telae
Excipiunt oleas, baculo pulſante, caducas.
A foliis autem ſecretae denique baccae,
Delataeque domum, tritaeque molaribus, vltro
Exudant, quem virgineum dixere, liquorem.
Dant reliquum admotae ſub torcularia vires. (1)

Hic quis non memoret Patria quem voce Cacavm
Mexiaci dixere frutex lectiſſimus, exit
In Peponum faciem, fructu pendente beatus:
Vnde laboratum medicata in pocula nectar,
Diuinum inuentum; ſocio quem germine conſors
Luxurians ſiliquis *vaginula* ſtipat odoris.
Linneo, Ambroſiae haec arbor, Theobroma vocatur.

Ammericae atque Arabum campis ſe nobilis arbor
Coffei oſtentat, ſub baccis, granula, rubris
In potum torrenda gerens. Feruente colonus
Illa, ante, ac vendat, timidus fornace perurit:
Ne lucrum adtenuet, quodcunque excreſcere poſſet. (2)

E Californiacis Pitahaias creſcere ſpinis

(1) V. Vanier. Praed. L. 8. a p. 161.

(2) De Caffeo V. *Syſtem. Lehrb.* pag. 183. et Fermins Beſchreib. d. Colon. Surinam. pag. 39. *Vaginila* Hiſpan. V. Savastan. L. 3. pag. 34. Linn. Germ. T. 2. pag. 213. De *Sacharo*. Fermins. cit. pag. 11.

Adſolet; et miſeris gemino ſe menſe colonis
Mandendum praebet: ſola haec conuiuia norunt.
Ouo Gallinae ſimilis mole, atque figura,
Carne albet, quandoque rubet: pars praedita dulci
Succo eſt; pars autem (ſpeciem volo dicere) amaro. (1)

Assamenta offert Peruanis, qualia quercus
Europae tribuit, cùm plano aequautur *Arundo*;
Fiſſaque per medium patulam terrae adprimit aluum. (2)
At quibus, Ammericae Plantarum encomia, verbis,
Cuique bono referam? toto his abiungimur orbe.
Mirari ſatis id fuerit, quod pagina primae
Proxima *Linnei* docet: et re comprobat ipſa:
Eſſe decem toto Plantarum millia mundo: (3)
Nil vltra; at toto *Condamineus* in orbe
Nullum poſſe virum reperiri exiſtimat vnquam,
Quamuis Linnei ſuperet praeconia longe,
Qui ſpecies norit Plantarum ad Amazonis vndam
Cogere notas in claſſes; numerusque; genusque
Hic numerum excedit. (4) Celebrrima forte Lianna,
(Quam calami Rottang Linneus nomine ſignat)
Multo certe vſu tellurem inſedit eandem.

---

(1) Nachrichten von der Americ. *Kalifornien*. pag. 53.

(2) Reise nach Peru des herrn Bouguer. Götting. an. 1751. pag. 7. Haec eſt Arundo *Bambos* Al. arundo arbor. Lin. Spec. Plant: T. 1. p. 120. alioquin pertinet ad gramina.

(3) Linnei Species Plantarum Praefat.

(4) Neve Reisen nach Guiana. Peru. &c. der herrn Barrere, de la Condamin &c. Götting. et Kurtze beſchreibung einer Reiſe &c. de La Condamin. pag. 240.

Virga haec in longum porrecta, euadit in altum:
Vicinos truncos adeo complectitur arcte:
Vt necet. Inde imas, ex alto deflua, terras
Ingreditur rurſum: rurſumque emergit, et amplum
Sola nemus, funes ſine cura praebet in vſus
Multiplices; flecti facilis, ducique parata,
Ac tendi e ripis aduerſum in littus: vt aptos
Denique per truncos cum nectit littora, pontem
Praebeat in longum et latum vna, fune coacto;
Ac denſe in texto ſibi vimine ſaepius vno. (1)
Vidimus hac calami forma Simegenſia cingi
Vineta, atque ad apum texenda cubilia caedi. (2)

Arboris hic addi Peruanae gloria poſſet,
Indigenis Cucae foliis ac nomine notae.
His conſtant Foliis Cuſcani Praeſulis amplae
Diuitiae, et Patrum reditus, quos ille gubernat.
Hoc folium, poſtquam matura ex arbore lectum
Solis ſiccatum eſt radiis, vel dente mi nute
Commolitur (quo fit, vires vt tempore longo
Suſtentet, citraque cibos quocunque labore
Exhauſtas reparet;) vel tritum, et pulueris inſtar
Inſperſum in vulnus, praeſentia pharmaca praebet:
Neue venenato queat vnquam pure tumere,
Impedit: omni vi morbis venientibus obſtans. (3)

(1) Ibid.

(2) Calamus Rottang. V. *Indic.*

(3) Garcilasso Hiſtoire des Yncas. Tom. 2. Amſterdam. pag. 312. &c.

Ast haec plenius, et melius dicenda relinquo
Florenti ingenii, et Scriptorum laude Iaqvino; ac
Dacorum e Siculis Surinamica ad arua profecto
Percelebri Balogo: cuius conatibus olim
Hungaria Ammericae plantas mirabitur hortis
Increuiſſe ſuis. Superis rediture ſecundis,
Viue diu cum Collega, quem Dacica Flora
Illuſtrat; Patriaeque nouum decus addere perge. (1)

§. IX.

Notio Suffruticum, et Herbarum.

Svffrvtices caulis tantum diſcernit ab *Herbis.*
Illis par ligno ſtipes; contra hiſce tenellus.
Vtraque claſſis item tam cultum continet agmen,
Quam quod cura olitor minime dignatur in hortis.
Beckmanno in denas placuit diſpeſcere claſſes:
Quid quid ad hortenſes hac tranſit ab agmine plantas.
Conſtat nimirum quaeuis ea claſſis eduli
Aut folio, aut bulbo, radice, aut ſemine, fructu;
Vel reliqua, quam mos menſae eſt imponere, parte.
Rideat Anthologus: ſed menſas ſaepius Herbae
Ornant vtilius, quam preſſi carne catini. (2)

---

(1) V. Mathiae Rath. Ephemerides Poſonienſes: epiſtol: 73: pag. 586. de Cl. Ioſepho Balog Med. Doct. qui nunc in America Botanicae collectioni operam dat. Eius collegam hic voco Cl. Ioſ. Benkö. ad Profeſſionem Botanices in Vniuerſitate Claudiopol. Inuitatum ab Excelſo Guber. Trans. de quo V. laudatas Ephemerides Cl. Mathiae Ráth. Pag. 591.

(2) V. Mitter. OEconom. Ruſt. part. 1. pag. 468. Anthologiae Graecae per *Cunichium* collectae pag. 49.

Non ſecus, ac ſi hortum mactaſſet parcus Apelles,
Quot ſunt herbarum mi genera adpoſuit:

§. X.

Olera, ſeu Plantae foliis, et Caulibus edulibus.

A Foliis laudem multiplex *Braſſica* nacta eſt,
Praecox, alba caput, vel rubra, ſabauda, ſabella.
His foliis etiam pecori bene conſulet hoſpes:
Nec ſe vllum vitium ſperato inferre butyro
Crediderit. ſpeciem hanc ornat *ſpinacia*; nec non
Aſparagoides *Artiplex*; cetera plura.
Braſſica cum tribus eſt foliis iam praedita, vel cum
De coquitur, nitro ſeruat, conſperſa virorem. (1)
Caule ſuburbano qui ſiccis creuit in agris
Dulcior; irriguo nihil eſt elutius horto. (2)

Qvi genuina cupit decerpere ſemina plantae:
Ne permixta aliis aequali ex ordine plantis
Polline ſpargantur diuerſae Claſſis, in horto
Separet areolis Claſſes a Claſſibus aequis. (3)

Lactucam, aſparagos, raphanum, rutam, intuba. porros,
Mentaſtrum, bulbos, ocyma, foeniculum,
Foenum etiam, timui, ne adponeret: ergo Lupino
Paſtus, proripui me celeri inde fuga.

Ibid. pag. 51. Moeſtus heri hircinumque pedem, prorſusque vietae
Coenaui crambes luteolum aſparagum.
Dicere ſed, nolo, quis me Callippe, vocarit:
Nam metuo, iratus ne me iterum ille vocet.

(1) V. Plinius Hic. Nat, L. 19. pag. 177. et in Not. Hard. ibid.

(2) Horat. L. 4. Sat. 5. pag. 295.

(3) V. Mitterp. de Cultur. Hort. pag. 472.

Saepe etenim affinem mentitum germine formam
Semen aberrabit: foliis et ſtabit apertis
Braſſica cognato ſteterat quae florida thyrſo. (1)
Quando Olitor plures horis tractabit iisdem
Plantarum ſpecies, digitos, et brachia rite
Abluat; vt primum nouus ordo occurrerit, e quo
Semina lecturus quondam eſt: ne polline forſan
Translato, ipſe nouis repleat ſua praedia monſtris. (2)

§. XI.

Radices, ſeu Plantae Radicibus eſculentis.

IMPLENT areolas cauſſa radicis edulis
Napus, *Beta*, *Apium*, *Raphanus*, *Campanula*, *Daucus*.(3)
Pertinet huc *Manioca* etiam ex radice farinam
Ammericae praebens. Epulas ea toſta ſalubres
Porrigit: abiicitur pars nota, et foeta veneno. (4)

§. XII.

Bulboſae, ſeu Plantae bulbis edulibus.

BVLBIS porro epulas nobis, vel aromata praebent,
Allia, cum *cepis*, ſchoenopraſon: id quod et herba

(1) SAVASTAN. L. 3. pag. 92.

(2) V. MITTERP, De Hort. pag. 472.

(3) MITTERP. pag. 496. 497. 500, &c.

(4) De *Manioca*, vel *Manihot*, vel *Iatropha* V. *Linn.* Latin. Tom. 2. pag. 1429. et ACOSTA Hiſtoire des Indes. *Paris.* I. 4. pag. 160. BARRIERE &c. Reiſe nach Gviana pag. 40. Götting. 1751.

Vtile; ſcordion id veteres dixiſſe videntur. (1)
Interdum fauces tuſſis quatit humida, quare
Allia tum ſumes decocta, et melle peruncta. (2)

§. XIII.

Acetaria, ſeu Plantae foliis crudis edulibus.

VTIMVR et foliis *Lactucae* nomine claris,
Nempe *Cihorea*, *Solano*; quasque recenſent
Conſpicuas virtute herbas noua Lexica rerum.
Rapula, *Lactucae*, *Radices*, Cetera; laſſum
Peruellunt ſtomachum; vetus eſt ſententia Flacci. (3)

§. XIV.

Legumina: ſeu Plantae ſeminibus edulibus.

SEMINA folliculis offert incluſa *Legumen*.
Huc *Cicer*, atque *Fabas*, *Lentes*, ac *Piſa*, *Papauer*
Somniferum, *Viciam*, *Polygoni* grana referto.
Hic grauis *Atriplici* conſurgit longa *Phaſelus*. (4)

---

(1) *Schoenopraſon* allium. Schnittel. *Scordion.* (ex Pariſp.) Fog-hagymaſzaguſu. V. *Indic.*

(2) V. *Serenum Samonicum* pag. 131. Piſaur. quem ex ſententia Ratzji correximus.

(8) *Horat.* L. 2. p. 319. *Sat.* 8.

(4) *Columela* L. 10. v. 377. *Editor* Columellae hic, *Artiplex*, aliis ſpinacium, a quo tamen differt. Phaſeolus ſi fuerit propior atriplici, atriplicem necat. *Polygonum fagopyrum* hajdina. Heide-korn. V. *Ind.*

§. XV.

§. XV.

Cucurbitacea: ſeu Plantae pulpa eduli.

JAM quibus exornem notas abdomine moles
Laudibus? aeſtiui ſolatia magna caloris.
Pulpam corticibus claudunt, cui ſemina in imis
Vtriculis inſperſa nitent. Hoc agmine ſiſtit
Se ſe oculis *cucumis*, variaeque *cucurbita* formae.
Grana huius collecta oleo ſudare iubemus.

§. XVI.

Turiones, ſeu Plantae caule primo eduli.

PRIMO caule placent quaedam Plantae. *Aſparagus ſe*
Hac claſſe oſtentat: *Turio*, *Lappaeque*, *Lupique*.

§. XVII.

Diſci; ſeu Plantae florum receptaculis eſculentis.

SVNT, quibus in Florum quaſi cunis, quid quid edule eſt,
Abſtruſum eſt: *Cynaras* triplices hoc agmine quaere.

§. XVIII.

Bacciferae, ſeu Plantae baccis edulibus.

FRAGA placent baccis, ac rubro, alboue colore,
Fructu perpetuo: aut ad tempora certa redacto. (1)

(1) *Mitterp.* Tom. 1. pag. 510. 515. 518. 527. 531. &c.
CYNARA Scolymus. Artitsóka.

§. XIX.

Condimenta, ſeu Plantae aromaticae, domeſticae. (*ac nonnullae exterae.*)

SAEPIVS aut folium, vel flos, vel ſemen aroma
Continet: vt *thymus*, et *ſcandix*, *ſatureja*, *meliſſa*,
Abrotanum, *coriandrum*, et *anethum* caulibus aptum;
Atque laceſſenti fletum factura *ſinapis*.
Vidimus et panem conditum ſemine Plantae.
Hic iam de genere hoc fruticum illuſtrantia claſſes,
Abſoluenda breui, Linnei ſcripta loquantur.
Saluia mixta herbis ouibus ſi pabula praeſtet,
Carnem ita conditam gratam iubet eſſe palato. (1)
Album non minus, ac nigrum *piper* India mittit.
Acrius hoc album. Maris vnda affuſa, vel ars, quam
Siccandis adhibent granis, dat nempe colorem. (2)

THEA ſolo Iaponum. et Chinenſibus edita pratis
Linneo Vpſalicis educi coepit in hortis.
An *Lauro ceraſi* foliis eadem inſita ſit vis,
Quae Iaponum *Theae*? Lineo diſce Magiſtro. (3)

---

(1) *Linn.* Germ. Tom. 3. pag. 40.

(2) *Linn. Germ.* Tom. 3. pag. 48.

(3) *Linn. Germ.* Tom. 4. pag. 20. 22. *Osbech* Reiſe nach Oſt Indien. pag. 206. *Hannou Thée*, ſeu *Sulli Thée* domeſtico Chinenſium vſui ſeruit. Ad Suecos e Chinenſi Imperio exportatur praeſertim *Thée Bohe*, ſeu *The Bu.* Optimum Théae genus, quod *padre ſutschang* adpellatur. *Osbeck* e Bibl. Lud. Mitterp. Prof. Budens.

Qvo Braſili exultant, et apud nos creſcit *Ananas*:
Creſcit et imberbes quam dant *Rhabarbara* Seres.

Nicotii Plantam foliorum, ac pulueris vſu
Percelebrem, e que nouo traductam nauibus orbe,
Omnia iam norunt regna, vrbes, oppida, pagi.
Haec Braſilis *Petunum*, Antillis *Cohiba*, *Tabacae*
Nomen de tubulo traxit, quo Nicotianae
Naribus ambabus fumum inſpirare ſolebant;
Quemque Antillani veteres dixere *Tabacum*.
Herbae huius fumus, menſis paulo ante remotis
Noxius: eneruat lympham, quae digerat eſcas.
Hoc fumo veſica tumens inflatur in aluum
Illapſi ſub aquas; et, quem vix viuere ſperes,
Pendere inuerſus, vomere, et ſpirare iubetur. (1)

Adversa eſt blattis *Lauendula*, ſpica vetuſtis
Aut pſeudonardus dici ſolita: illita ligna
Huius ſpicae oleo, miro ſplendore niteſcunt. (2)

Hedisarvm e foliis dulces, aeſtate furente,
Exudat guttas, queis aluum extergere duram
Poſſit Arabs. Iam nunc Anglis innaſcitur hortis.

(1) De *Rhabarbara* in Hungariae Alpibus reperiri ſolita V. Samlvng Michael. *Kleinii* Presburg. 1778. De *Tabaca* V. Charlivoix Tom. 1. L. 1. pag. 55. *Amſterd.* an. 1723. e Bibl. Mitterp. *Item.* Des Herrn Diereville Reiſe nach Portroyal. in Acadien. pag. 293. *Item Cſapo.* Botanic. Hung, pag. 76.

(2) *Linn. Germ.* Tom. 4. pag. 43. *Cſapo.* pag. 158.

Hungariae ſiluas verni aeſtiuique calores
Saepe ſolent ſimili guttarum aſpergere melle.
Hoc mel particulis turget quandoque malignis;
Nec citra noxam pecorum contingitur ore. (1)

§. XX.

De vſu Plantarum vario.

At nos propoſitam ſenſim properamus ad oram.
Hic pro mole libri tenuis fors cetera Lector
Plantarum varia de vi deſideret addi.
Obſequar; at moduli ſemper memor: vt vice cotis
Fungarque, atque alios acuam, exors ipſe ſecandi. (2)

Prata igitur, campos, agros, hortosque colemus
Et noſtra, et pecorum cauſſa; genitrice datura
Prolibus et victum, et veſtem, et medicamina caris.

Herba tribus foliis notiſſima, *Medica*, nec non
Et *Viciae* proſunt pecori, *Loliumque* perenne:
Solanum, (3) et ſimilis *ſolano* tuberis eſca
Vaccam alit, atque ſues; homines, cum cetera deſunt.

Cannabis, et *Linum* telis, oleoque ſeruntur.

---

(1) *Lin. Germ.* Tom. 4. Pag. 27. et L. A' *Termëſzetiekröl.* Op. noſtrum: ſeu Phyſic. Newton. p. 152.

(2) *Horatius* de arte Poet. Pag. 422.

(3) *Solanum tuberoſum.* Földi körtvély. V. Ind. Grundbiern *Helianthus tuberoſus* tſitsóka. (diſtingue a földi mogyoró.)

Danda opera: vt *Rhaphanos* Chinenſes patria noſtra
Proferat; hinc olei pinguem expreſſura liquorem.
Zythum et fermentum *Lupulus* bene condiet: idem
Cum iuuenes profert Turiones, Asparagi inſtar
Sumitur: vtendum ſe dat pro cannabe cortex.
Gloria prima *Crocus* noſtrorum ſaepe ciborum eſt.

Silvestris *nardus* Feles obtectat odore.
Puluereas radix in partes rite redacta
Hauſtaque cum vino, vel aqua, caligine viſum
Liberat: adde alias plures in pharmaca vires. (1)
E Rvbia Hollandi nummorum millia plura
Corradunt (campis vulgo reperitur apricis.)
Vellera pannificum tingit rubeo illa colore. (2)
Consolidae radix, emplaſtri, aut pulueris inſtar
Adpoſita, os fractum reparat: vena aurea large
Deflua, pulueribus pariter ſiſtetur iisdem. (3)
Oua rubra, et virides per clathra Momordica frondes
Offert vulneribus ſuccurrere certa fugandis.
Stramonivm cunctis extirpet ruſticus agris.
Deciduo teneros ne extirpet ſemine pullos.
Plantula Hyosciami caedem depoſcit eandem.
Vimira aduerſus peſtis primordia pollet
Scordion, exemplo id Busbeck demonſtrat aperto. (4)

(1) *Editor Linn.* Germ. Tom: 5. pag. 178; et *Cſapo. n.* 213.
(2) V. Csapo. pag. 48. n. 47. Linn. Germ. Tom. 5. P. 302.
(3) V. Csapó. n. 260. Linn. Germ. Tom. 5. P. 431.
(4) V. *Cſapo* n. 234. et n. 29. Idem n. 10. Systematisches Lehrbvch. Pag. 186. Norimbergae an. 1778. Bvsbeqii Legationis Turnicae epiſtol. 1. Pag. 62. Peſtini 1761. V. Csapo num. 104.

Qvid ? memorem hic herbas aptas ſucco, atque colori?
Vel qui bus in ſabulo plantatis figere arenam;
Atque ita ſeminibus recreandis reddere promtam
Poſſimus. Sed opus multis foret hic quoque libris.

Vix certe eſt quidquam vitae ciuilis in vſus
Deliciasque, ſato quod non deſcendat abunde
Plantarum e Cenſu. Hic ſplendet tam multa ſupellex,
Tam lauta; hinc porro variorum errore colorum
Aſpectuque beant nitidi, blanda agmina, Flores!
Quantum animos, ſenſusque leuat, quae mollior inde
Aura mouet, naresque adflat gratiſſima! quantum
Obiectus paſſim recreat viror! hinc ſibi victum,
Hinc veſtem, aduerſus morborum damna medelam
Quaerant mortales: hic ſe ſe diuite iactat
Terra penu: atque hominum totam ſe iactat in vſus.
Mundities hinc grata epulis, ſimplexque voluptas:
Hinc ſincera magis, longeque ſalubrior, hauſta
Quam quae non vna pecudum de caede laceſſit
Ambitioſa famem; et luxu ſibi fumat opimo.
Non alio certe victu felicius aeuum
Mortales duxiſſe ferunt priſci ante Noemi
Secula, primaeua ſub tempeſtate, priusquam
Abruptis Thetis irrueret ſuper ardua froenis
Culmina, et effuſo coelum deſcenderet imbri. (1)
Quodſi quis vera vitam ratione gubernet,
Diuitiae grandes homini ſunt viuere parce. (2)

(1) Savastanvs. Botanic. L. 1. pag. 113.

(2) Lvcretivs L. 5. pag. 203.

Nunc iacet herba; caro in ſummum ſucceſſit honorem.

§. XXI.

De cura Hortorum nonnulla.

Hortorvm porro cultum Columella, Rapinus,
Et Vanier; quique hos plena ſuperauerat arte,
Quemque Ducem plerumque ſequor, tibi tradat oportet.
Ne tamen hic reperire queas nihil, accipe quaedam.

Sedem ergo imprimis numeroſo praebeat horto
Pinguis ager, putres glebas, reſolutaque terga
Qui gerit, et foſſus graciles imitatur arenas:
Atque habilis natura ſoli, quae gramine laeto]
Parturit; et rutilas *Ebuli* creat vuida baccas.
Nam neque ſicca placet, nec, quae ſtagnata palude
Perpetitur querulae ſemper conuitia ranae:
Quae negat Helleboros; et noxia Galbana ſucco:
Nec patitur Taxos; nec ſtrenua toxica ſudat.
Vicini quoque ſint amnes, quos incola durus
Adtrahat auxilio ſemper ſitientibus hortis. (1)

Sic delectum igitur (veterum praecepta ſequutus
Arte noua) cole, cuſtodi: fac, diuite fructu
Seruiat; et Domino vitae omnia commoda praeſtet.

Bestiolas hortis inimicas: vtpote gryllos,
Lumbricos, Talpas, Tringa, atque Ciconia, Felis,

(1) Colvmella L. 10. a pag. 728. 737. &c.

Cura ſagax praeſertim extirpet. Pala repente
Sub cumulum, quem Talpa ſtruit, vel ſole cadente,
Vel ſurgente, agitur; furemque oſtendit aprico.
Forficulas capies, ſambuci fiſtula melle
Si illita per varios anfractus pendeat horti.
Deprendes media ſubiiſſe foramina luce
Totum agmen. Praeſtabit idem ſiue vngula quaeuis
Seu faſcis ſtramenti, vnguento foetus eodem.
Pulex ne noceat, mature *Braſſica* terrae
Cum *Raphano* inſeritur: quo caulis firmior, ori
Pulicis obſiſtens furem fruſtretur hiantem.
Aphides euitant aſperſas puluere plantas
Nicotii; aut ſucco ſaturatas illius vndas. (1)

Si reliquas olitorum artes hic cogere coner,
Maiores pennas nido extendiſſe videbor.
Exiguum tamen e cumulo decerpere faſcem
Nil vetat. Id quod abeſt, alii ſuperaddere pergent.

Ivstvm poma modum quae nondum nacta fuere,
Findantur; ſaturum dein melle, aut lacte capeſſant
Inſertum media raparum ſemen in aluo:
Denique vulnus hians cauto redimicula nexu
Fac, rurſum copulent: ita miram poma videbis
Turgere in molem, vaſtum ſubitura volumen.

(1) V. Mitterpach. Hiſt. pag. 486. *Gryllus Gryllotalpa.* Lótettö. Were. *Forficulae* Fülbe-máſzó: ohrwurm. *Lumbricus.* Geleſzta. Regen-wurm. *Chryſomalae* Földi bolha. Erdflöhe. *Aphides* Levél-tettö. Blatt-lauſe.

Qvando triplex ſemen fructus non diſparis vnam
In terrae egregiae maſſam connectitur: et, quas
Protrudunt, virgae per idem vna exire foramen
Ollae coguntur: coaleſcere virgula triplex
Adſolet, et fructu iuſto maiore tumere;
Inſita praeſertim, vel tranſplantata perite. (1)

Insere poma pyro: mox haec rurſum inſere pomo;
Poma leges miro ambroſiae certantia ſucco.

Cortice quo tenui iuglans et amygdala ſenux
Commendet, cinerem trunco et radicibus imis
Perſaepe affunde. At ſpoliata putamine capſa
Emerget penitus, ſi fracta nucleus aluo
Integer exemtus, lana, folioque recenti
Pampineo: vt nequeant formicae arrodere, tectus
Telluris gremio mandetur rite ſubacto. (2).

Perfacile in dulces, fructus conuertet amaros
Quae mellitam imis arbor terebrata medullis
Hauſit aquam: et ligno vulnus concluſit adacto.

Vini etiam veteris qui faece, fimone ſuillo
Radices texere, eadem obtinuiſſe feruntur.

Semen amygdalinum mellita iuuerit vnda

(1) Physica exotica. Edit. Caſſou. an. 1742. pag. 51.

(2) Ibid. pag. 54.

Tres fouiſſe dies, et aperto veris amoeni
Principio, terrae mandare, annoque peracto
De veteri abductam gremio transponere plantam.
Vtrique huic curae eſt cumprimis Martius aptus.

Avt nucis, aut vitis folio qui ſingula poma
Inſeret, atque ollae, quam veſtiat vndique cera,
Includet, diuturna poteſt per tempora, fructus
Hos tamquam heſternos laetis adponere menſis.

Si Ceraſa in vas ex alno, vitroue paratum,
Sic, vt nullo aer ſe intrudere poſſit hiatu,
Occludas, fonti immiſſum, quin damna ſaporis,
Aut formae incurrat, fructum experiere recentem;
Dum ſolem gelida perfundat Aquarius vrna. (1)

Hortos percelebres, queis Gallus, Suecus, et Anglus,
Ruſſorum, atque Italum tellus praeclara ſuperbit,
Hic longum memorare foret. Satis iſta diſerte
Sunt paſſim libris, pictisque expreſſa tabellis.

§. XXII.

De vſu Herbarum medico, paucula.

Forte etiam, vt vires herbarum in carmina cogam
Expectas? maiora meo non moliar vnquam
Vſu, atque ingenio; poſtquam quid ferre recuſent,
Quid valeant humeri, multa experientia rerum

(1) Physica exotica. pa. 57.

Me docuit. Medici promittant quod Medicorum eſt.
E genere hoc pauca Eulalius, (quamquam abdita plura
Eruere adgreſſus) quarto comittere Libro
Auſus erat; tantumque iſthaec digito indicat vno.

Nimirvm: Si quis te lento in praelia fati
Caſus agat morbo, hinc dubiae tibi praeripe vitae
Certus opem. Superant etiam ſua monſtra medelae. (1)

Maeonides quam Moly vocat, radice tenetur
Nigra; ſed florem huic dederat Cyllenius album.
Illa venenorum cenſetur frangere vires. (2)

Herbam, cui nomen foliis de *mille* dedere,
Bettonicamque pari *Verbenae* pondere iunge.
Haec mixta potantur aqua. nullum medicamen
Vtilius credunt illis, quos calculus angit. (3)

Balsama ſi geminis inſtillans auribus addas,
Tum poſſis alacrem capitis reparare vigorem. (4)
Iortio ſi capitis morbo tentetur acuto,

(1) Savastanvs. L. 4. pag. 119.

(2) Homervs odyſſ. k. v. 302. Galenvs eam ait eſſe *Rutam* ſilueſtrem V. Hardvin. in Not. *Plin.* L. 25. p. 362.

( ) AEmilivs Macer ſuſpectae vetuſtatis autor apud Harduin. in Not. Plin' L. 26. p. 402. Plin. ibid. n. 49. *Ratzi o* teſte hoc medicamen bonum eſt; etſi meliora ſuperſint.

(4) Serenvs Samonicvs de Medicina Pag. 128. 129. 130. V. Zoologicon noſtrum.

Allia diuerſam lana contecta per aurem,
Inducta proſunt, et eodem balſama pacto. (5)
Noxia corporibus quaedam de corpore noſtro
Progenuit natura, volens abrumpere ſomnos,
Senſibus, et monitis vigiles abrumpere curas.
Sed quis non paueat Pherecydis fata Tragoedi,
Qui nimio ſudore fluens, animalia tetra
Eduxit, turpi miſerum quae morte tulerunt.
Sylla quoque infelix tali languore pereſus
Corruit, et foedo ſe vidit ab agmine vinci.
Saepius ergo decet mordax adhibere ſinapi;
Vel nitro, ac ſale permixtis, acidoque liquore
Laxatis (vt ſunt ſimul allia) tangere corpus:
Aut lacrymis *hederae*, aut ſucco perducere cedri.
Quin etiam furfur mixto medicatur aceto.
Vnda maris lendes capiti deducit iniquas.
Et quid quid crebri defendit ſilua capilli. (6)
Hyblaei mellis ſucci cum felle caprino
Subueniunt oculis dira caligine preſſis:
Vettonicae manſus ſiccabit lumina ſuccus.
Si tenebras oculis obducit pigra ſenectus,
Expreſſae *Marathro* guttae cum melle liquenti
Detergere malum poterunt, vel vulturis atri
Fella, *Chelidoniae* fuerint queis gramina miſta:
Haec etiam annoſis poterunt ſuccurrere morbis. (7)

Vervm principio, ne te forte obuia Plantae
Aut forma, aut formae ſimulata inſignia fallant,
Admoneo: ingeniis perſaepe fugacibus anceps
Impoſuit natura: ſuos dum daedala fingit

(5) (6) (7) Seren. *Samon.* l. cit.

Indiſcreta ſatus; et ſe quoque fallit in illis.
Frugibus haud vna eſt vis et ſors ſemper vbique.
Degenerat ſuccos etenim herba oblita priores:
Saepe alios habitus, alienae et ſymbola formae
Aſſimulat, fallitque fidem, luditque legentem.
Non ne vides, foliis vt ſe Plantaginis ornet
Mentitus quandoque habitum *Ranunculus*? vt ſe
Induat in frondes *Aconiti* inamabile ſaepe
Geranium? vernentque *Aſari Naſturcia* cultu?
Interdum Inſectis e vilibus argumentum
Duxiſſe haud pudeat: ſigno hoc, gens noſtra, per altos
Ammericae ſaltus errans, ignara locorum,
Quos veſcos raperet fructus ex arbore, nouit.
Nempe auium quos picta cohors libaſſet, edules
Edidicit; natosque fami ſine fraude premendae.
Sed leuia haec. Maiora feres documenta, nouasque
Ex aliis, his quae praeſtant, animalibus artes.
Inde ſagax ratio *Dictamni* haerentia contra
Spicula, virtutem didicit. Silueſtribus illam
Per Dictaea Capris paſſim monſtrantibus arua.
Inde *Chelidoniae* foliis, ſuccoque, malignam,
Nictantemque ſub vmbra aciem purgare, magiſtra
Hauſit hians oculis ab hirundine. *Saluia* lentis
Fauſta puerperiis vſu comperta Leaenae;
Ceruarum *Seſelis*. Notas tibi lubrica ſerpens,
Foeniculi, *Marathrique* oculis, ſenioque, ſalubres
Debet opes. *Rutae* tibi vim *Muſtela*, laceſſit

Haec armata feros dum ſaeua in hella colubros, (1)
Muſtela didicit quondam monſtrante, Colonus
Quid *Ruta* enormes valeat ſerpentis ad ictus.
Illa reluctantem cum forte laceſſeret anguem,
Infectis quoties membris lethale venenum
Hauſerat, ad *Rutam* fugiens, tactuque ſalubri
Occulte medicans, non ſegnior ibat in hoſtem.
Ruſticus excelſo rem demiratus ab agro;
Auulſis, quae ſola fuit, radicibus, herbam
Abſtulit: exanimis cadit heu! muſtela veneno
Turgida: nam toto *Rutam* dum quaeritat agro,
Intima corda ſubit iam non medicabile virus. (2)

At tibi Paeonias, ſeu fors, ſeu doctior, herbas
Extuderit ratio, ante alias ſtirps illa legatur,
Quam longo annorum conſenſu exacta probarunt
Argumenta; docet ratione ſagacior vſus.
Nunc porro in caſum vitam dare, certaque nondum
Haud opus eſt tentare: Satis iam cognita frugum,
Herbarumque oculis occurrunt pharmaca. Pene
Omnia iam tentata: quis aut *Ophtalmica* paſſim

(1) Savastan. loco laudato. et pag. 124. 135. Ibidem. Not. 6. ait. *Saluiam.* Ital. Saluia, ad partus facilitatem conducere, Leaena; *ſeſelim* Cerua docuit. *Foeniculi*, ſeu Marathri, Ital. Finocchio vires ſerpens docuit. Illius ſucco membranam, hiberno ſitu corpori obductam exuens; nitidiusque vernans. Huius vero herbae ſe ſe adfricans, oculosque hiberna latebra obſcuratos inungens. ac refouens.

(2) Vanierii Praed. Ruſt. L. 3. pag. 63.

Germina, proueniant aut quae *Narcotica*, neſcit?
Cui non dicta, oculis inſignis *Acatia*? cordi
Bugloſſum, iecori felix *Agrimonia* Succo ?
Malua venenatos crabronum vt vernet in ictus?
Vt canis in rabidi morſum ſuccurrat *Alyſſon*?
Aſthma *crocus* domet ; et vindex *Petaſitis*, et album
Marrubium? arthritin froenet frondoſa Chamaedris!

IAM veſtigatis tu viribus vtere, et almis
Inuentis fruere: atque aeuo gratare priori. (1)

SI quos Hungaricae delectet gratia Linguae,
Inueniet ſcriptos et eo gloſſemate libros,
Arcanas nitide complexos Paeonis artes. (2)
Tiſſot, Ratzius, et Pax corporis. Herba theatrum

---

(1) V. SAVASTAN L. 4. a pag. 128.

(2) TISZOT az egéſségröl. *Márikovſzki* Márton-által M. Karolini 1772.

SAMVELIS RATZ Profeſſoris 1. Oruoſi oktatás. edit. 2da aucta. Poſonii. 2. Störk Antal Oruoſi Tanitáſa. *Budae* 1788. et 1780. &c. 3. Az emberiteſt leg-gyakrab nyavalyáinak orvoláſa. Vertitur in Graecum.

PARIS PAPAI Pax Corporis.

Botanica Vngarica IOSEPHI CSAPO. M. D. Poſonii 1775.

MEDICINAE DOMESTICAE (Házi Különös oruoſságok) Claudiopoli. an. 1770.

Vetus Herbarium (Rongyos Herbarium) inter rudera Patakinenſia inuentum MSS. humaniſſime mihi communicatum per A. R. P. MARTON Vicarium Prouincialem O. S. Pauli. 1. Erem. Hunc Librum ſi Notis illuſtratum ediderit Cl. D. Cſapó, vel Cl. D. Rátz gratias aget Hungaria.

Quaeuis nacta nouum per nupera ſcripta Cſaponis,
Codex praeterea geminus, quorum indice notis
Confecto ex Herbis cunctis medicamina ferre
Perfacile eſt morbis; haec ſingula dicere fas eſt
Hipocratis dona, et docti a Chirone Galeni.

§. XXIII.

Concluſio.

O *magne* in minimis autor Deus! omnia certe
Te virgulta, agri, flores, ac gramina quaeuis
Demonſtrant Sapientem vna, mireque Potentem!
Nec minus in minimo Te mirer flore, neceſſe eſt;
Aut tenui folio, paruoque in ſemine magnum,
Quam, cum torquentem fulgentia ſidera Coeli
Contemplor, laudoque aeternae ea munera dextrae.
Quam bona; quam noſtris haec vſibus omnia, veris
Apta modis! propriis accommoda finibus; vna
Nosque, ſuumque genus quam nexa lege tuentur;
Tantus rerum ordo, tam congruus vndique fini,
Praedicat illum vnum, qui tanti eſt ordinis Autor.

Nempe Homini ſeruit, quid quid tellure, vel vnda
Concors cauſſarum nexus parit: illius vſu
Dum ſe conſumi patitur, rurſumque renaſcens,
Non artem, non imperium perferre recuſat,
Parendo, agnoſcit Dominum: cui ſidera lucem,
Temporis, et ſpatii menſuras, ſigna, calorem
Lege pari obſequii nunquam ceſſantia praeſtant.

Porro

Porro Homini hoc nexu cum mundum mancipet vſus,
Certe idem nexus, rerumque hic ſubditus ordo
Poſcit, vt vnus Homo, cui ſe ſubiecta fatentur
Cetera, ſeruitii minime expers, ordinis huius,
Et ſit pars, parendo vni; nec deſinat eſſe
Seruis ipſe ſuis maior; Domino tamen illo
Inferior, qui non pars ſit, verum ordinis Autor.

In toto hoc pulcro turpe id foret vndique, ſi, cum
Vni Homini parent haec omnia tam bona, tamque
Pulcra, vnus minime is ſibi parendum eſſe putaret
Se meliori, vel ſi hoc pulcro pulcrior vllus
Non foret; atque bono melior, Dominoque minore
Maior; et extremum pulcrique, bonique ſupremum
Ille eſſet; cuius vitae, imperiique poteſtas
Tam breuis eſt, adeo ſemper miſera, atque caduca,
Vt, cum poſſideat cuncta haec, quae magna tuemur
Imperio, obſequio, cauſſa, nexu, ordine, fine,
Nil habeat proprium: puncto cum mobilis horae
Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc ſorte ſuprema
Omnia permutent Dominos, et in altera iura
Concedant; Dominos vero ipſos demetat orcus
Grandes cum paruis non exorabilis auro.

Hoc ergo in pulcro ſint vt vere omnia pulcra
Neu nomen pulcri amittant; ſi nulla ſit vltra
Cauſſa, cui obſequium praeſtent; nec in ordine deſit
Tam pulcro, dignus tam pulcro hoc ordine finis,
Qui ſibi ſubiectum ſentit mundum, aptaque fini
Omnia cognoſcit, ſupremum agnoſcat oportet

Huic fini finem, ſeu ſummum Numen ineſſe.

O Summum Pulcrum, per quod ſunt cetera pulcra!
Cuius ab obſequio quisquis ſe ſubtrahit, idem
Nexum omnem pulcri turbat, nexum ordinis aufert.

PHYTOLOGICON.

INDEX I.

VEGETABILIVM

Eorumq; Nomina exponuntur Latine, Vngarice, Germanice, Gallice, iuxta ſeriem Claſſium. (1)

FVNGI.

AGARICVS *Cantharellus.* Sárga, vagy, Róka, v. Rántzos gomba. Sárga vargánya. Pfifferling. Rechling. *Mouceron jaune.*

Muſcarius. Légy-ölö. v. Méreggomba. Fliegen-Schwamm. *Mouceron de punaiſe.*

Lactifluus. Kényér. v. galótza gomba. Milchicher Blätter-Schwamm. *Mouceron doux.*

Piperatus. Keſerü gomba. Pfefferſchwamm. *Champignon de poivre.*

Campeſtris. Tſeperke gomba. Feldſchwamm. *Champignon.*

Cinnamomeus. Szegfü-gomba. Nagelſchwamm. *Mouceron de Giroffle.*

Equeſtris. Ur-gomba. Ritterſchwamm. *Mouceron deChevalier.*

Fimetarius. Ganéj. v. Bagoly-gomba. Miſtſchwamm. *Mouceron de fiente.*

BOLETVS *Igniarius.* Tapló gomba. Zunderſchwamm. *Potiron de feu.*

Suaueolens Füz fa-gomba. Wohlriechender Löcherſchwamm. *Potiron de ſaule.*

---

(1) *Hunc indicem* decerpſi potiſſimum ex Nomenclatura (Latin. Vng. Germ. Gall.) Botanica Cl. D. IOSEPHI BENKÖ H. C. M. Közép Ajtenſi in Tranſſilu. quam vir Cl. hortatu meo docte ſane et laborioſe concinnauit ordine Linneano; quaeque cum *Flora Dacica* propediem lucem videbit.

Bovinus. Medue. v. Tinógomba. Kubulz. *Potiron commun.*
Subſquamoſus. Fái. v. Töke. v. Föző-gomba, v. Piſztritz. Schupiger Löcherſchwamm. *Potiron de bois.*

Hydnum *imbricatum* Töviſseshaſugomba. Stachelſchwamm. *Champignon aigu.*

Phallus *eſculentus.* ſüveg. v. Fekete. v. Szömörtsök gomba. Maurrachen. *Moille.*

Impudicus. Büdös ſüveges gomba. Stinkende Morcheln. *Morille puante.*

Peziza *lentifera.* Köböl. v. Kis lentsés gomba. Becherſchwamm. *Potiron de Lentille.*

Clavaria *Coralloides.* Bokros-gomba. Ketske-gomba. Gaiſſchwamm. *Händling. Potiron de Bouc.*

Lycoperdon *Ceruinum.* Szarvas-gomba. Hirſch ſchwamm. *Potiron de Cerf.*

Lycop. Boviſta Pöffeteg. Fekete por-gomba. Staub-ſchwamm.

ALGAE.

Lichen *pulmonarius.* Tüdö-moh. Fáitüdö-fü. Gálna-fü. Lungenmoos. *Hepatique de bois.*

L. Caninus. Földi (hamu Szinü) moh. Széles - ſzürkelevelü földi moh. Aſchgrauer moos, *Hepatique terreſtre cendrée.*

L. Plicatus. Szakállas fái moh. Falten flechte. *Mouſſe d'arbre.*

Conferva *riuularis.* Vizi fonàl. Bach -Waſſerfaden. *Le converva.*

Tremella (Auricula Iudae) Bozza fa gomba.

MVSCI.

Lycopodium *Clauatum* Földön folyó fenyö. földön folyó-moh. Bàrlappen. *Pied de Loup. Mouſſe terreſtre.*

Polytrichum commune (quod male Trichomanes vocatur) Aranyas Paprád. v. Arany üſtök. Gold haar. *Perce-mouſſe.*

HYPNVM, ágas moh. Aſt mooſt.

BRYVM. gombes moh. Knotten mooſs.

MNIVM. Tſillagos moh. Sternmooſs.

SPHAGNVM. Égö-gyöpi moh. Torf moos.

FILICES.

POLYPODIVM *vulgare*. Kö-méz. Erdei édes gyökér. Angyal. v. Vad édes gyökér. v. Sz. Iános füve gyökere, Ke-nyere. Édes paprágy-gyökér. Engel ſüs. ſüſsfarn. *Po-lypode.* Hoc nos in metro expreſſimus per *polypum vul-garem acutam.*

Polypodium Filix mas et femina. Paprágy. Pafrán, Perje. Ördög-borda. Farrenkraut. *Fougere mâle et femelle.*

PTERIS *Aquilina*. V. Part. II. pag. 31.

EQVISETVM *Arvenſe*. Fentö-fü, Lófark-fü. Tál-mosófü Roſ-ſchwantz. *Petite queue de Cheval.*

E. Fluviatile. Réti, v. vizi tál mosó-fü. Bêka rokka. Nagy fentö. v. Vizi ló-fark-fü. Waſſerroſsſwantz. *Grande queue de Cheval.*

E. Hiemale. Súrló. v. Simittó-fü. Telelötál-mosó-fü. Tzin-kraut. *Presle d' hiver.*

GRAMINA.

PHALARIS *Canarienſis* Kanári mag: v. Köles. Canariſat. *Se-mence de Canarie.*

PANICVM *Italicum*. Roka-farku, v. olaſz Köles. Bitzweitze. *Panis d'Italie.*

p. Germanicum. Bor-köles. Fench. *Panis d' Allemagne.*

p. *Miliaceum*. (milium) Köles. Hirſe. *Millet.*

ANTOXANTHVM *odoratum.* Borjú pázſit. Ruchgras. *Antoxanthe.*

Phleum Pratenſe, Ló. v. matska-farku perje. Wieſenliſchgras *Phleon de pré.*

FESTVCA *ouina* Júhperje. Schaafgras. *Fetu de brebis.*

FEST. *fluitans.* Manna fü. v. Káſa. Harmat-káſa. Manna gras. *Gramen de manne.*

BROMVS *ſecalinus.* Rozſnok. Roggentreſp. *Brome de ſeigle.*

STIPA (pennata. Fejér árva-leány-haj Tollu-fü Weiſſes Venushaar. *Gazon chevelu.*

AVENA *Satiua.* Zab. Haber. *Avoine.*

A. *Fatua.* üre. v. vadzab. Schwartzer haber. *Avoine ſauvage.*

ANDROPOGON *Schoenanthus.* Teve-káka.

ARVNDO *phragmitis.* Borda. v. Feddö-nád. Gemeines Rohr. *Canne.*

ARVNDO Arenaria. Homok-nád. Sandrohr. *Roſeau de ſable.*

LOLIVM *perenne.* Kutya-zab. Winterlolch. *Yvraye ſauvage.*

L. *temulentum* (üſzög) üſzögos Konkoly. Lolch. *Zizanie.*

SECALE *cereale* Rozſ. Roggen. *ſeigle.*

S. *Hybernum.* öſzi-rozs. Winter roggen. &c.

HORDEVM. *Hexaſtichon.* öſzi-árpa. Wintergerſte. *Orge d' hiver.*

H. *Diſtichon.* Arpa. Gerſte. *Orge.*

H. *Murinum.* Egér-árpa. Mauſe gerſte. *Orge de rat.*

TRITICVM *AEſtiuum.* Tavaſzi-búza. Sommer Weitzen. *Froment du printems.*

T. *aeſtiuum ſpica mutica.* Tavaſzitar-búza. Gemeiner Sommer-Weitzen ohne grannen.

T. aeſtiuum calicibus ariſtatis. Tavaſzi Kaláſzos búza. (mit grannen.)

T. *hibernum* öſzi búza. Winterweitzen. *Bled d' hiver.*

T. *Spelta.* Tönköly Piros Alakor. Groſſer Spelt. *Froment rouge.*

T. *Monococcum.* Fejér alakor. Kleiner ſpelt. *Blé-locular.*

T. *Repens.* Buza-levelü, Kutya perje. Eb-gyógyitó pázint. Hundgras. *Chiendent.*

Oriza *Satiua*. Rizs-köles. Rizs-Káſa. Reiſſ. *Ris*.
Iuncus *effuſus*. Béka Szittyó.
Agroſtis *capillaris*. Ször-fü. Haarförmiges Strauſgras. *Herbage de cheveux*.
Holcus Sorgum (Milium arundinaceum) Tzirók, Tzir-Köles. (Tranſiluanis Tatárka) Welſcher hirſe. Mohrhirſe. *Millet d' Inde*.
Typha *latifolia*. Paluſtris. Buzogány-fü. Káka-bot.
Zea *Mays*. Török-búza. Kukoritza. Türkiſcher Weitzen. *Bled de Turquie*.
Polygonum *Tartaricum*. Tartár - haritska. Tartariſches Heidkorn. *Blé noir de Tartarie*.
Polygonum *Fagopyrum*. Pohánka Hajdina. Tatárka. Heidkorn. *Blé noir*.
Cyperus *longus*. Olaſzkáka. *Cyperus* rotundus. Siriai Káka-gyökér.
Scirpus *paluſtris*. Arvákáka. Binſengras.
Eriophorum *Polyſtachion*. Gapjas-sás. Wolgraſs. *Herbe de coton*.
Sacharum *Officinarum*. Mézeſnád. Zucker - rohr. *Canamelle*.

PALMAE.

Palma *Boraſſo*. Bor adó pálma. Weinpalme.
P. Coccos. Kókus palma. Coccospalme.
P. Phoenix Dactylifera (Palma Vulgaris) Pálma-fa. Dattelbaum Palmier. *Dattier*.

ARBORES, ET FRVTICES.

Taxus *Baccata*. Tiſza-fá Tiſzafenyö. Ternyö-fa. Eibenbaum. *If*.
Iuniperus *communis*. Gyalog. v. Bors, v. Töviskes. v. apró fenyö Wachholder. *Genevrier*.
I. *Sabina* Tzipros fenyö. Sebenbaum. *Sabine*.
I. *Thurifera*. Temjén-fa. Weyrauch-Wachholder. *Bois d' Encens*.

CVPRESSVS *ſemper virens*. Török. v. Olaſz Tzipru s-fa. Vad Tzi-prus-fa. Cypreſſenbaum. *Cyprez.*

PINVS *Cedrus.* Tzedrusfa. Cederbaum. *Cedre du Liban.*

Pin. Larix. Terpentinás veresfenyö. Lerchenbaum. *Meleze.*

P. *Picea.* Lútz-fenyö. Kereſztes. v. Szurkos fenyö. Weiſztanne. *Sapin femelle.*

P. *Abies.* Szemerke-fenyö (in Szaladienſi, Com. Szömörtze, eſt *Cotinus.*) Iegenye fenyö. Kereſztes fenyö. Fichtenbaum, Rothtanne. *Sapin male. Pinaſſe.*

P. *Montana.* Krumholtz fenyö: Krummholtzſtrauch. *Pin de montagne.*

P. *Cembra.* Tzirbelnuſſ.

(MEMMECYLON.) Sáfrán-fa.

LAVRVS *Cinnamomum* Fa-héj. Zimmetbaum *Canelle.*

L. *Caſſia.* Kaſzſzia Fa-héj. Wilder Zimmet.

L. *Camphora.* Kámfor-fa. Campferbaum. *Camphre.*

L. *Nobilis.* Laurusfa. Lórbeerbaum. *Laurier.*

L. Benzoinum, et L. Saſſafras. Eodem nomine Hung. ger. gall.

LIGVSTRVM *vulgare.* Fagyal-fa. Madárhúr. Reinweide. *Troeſne.*

SYRINGA *Vulgaris.* Boroſtyán. v. Boroſzlánfa. Gemeiner Flieder. Lilas, *Lila.*

BETVLA *alba.* Nyirfa. Die birke.

BETVLA *alnus.* Egerfa, Eller.

ROBINIA *Pſeudoacacia* Koronafa. Acacienbaum.

BERBERIS *vulgaris.* Leány-ſom. Weinſchierling.

CORNVS *mas.* Som-fa. Kornelkirsche. Hartriegel. *Cornouiller.*

C. *Sanguinea.* Femella, Gyürü fa. Hundsbeere. *Sangulu.*

STAPHYLEA *pinnata* Hályag. v. hólyag mogyoró-fa. Wilde pimpernüſſe. Nezcoupez. Klappernuſſ.

LORANTHVS Europaeus Fái-gyöngy.

ELEAGNVS anguſtifolia. Füz-olaj-fa. Ezüſt-füz. Falſcher oelbaum. *Olivier batard.*

VLMVS *campeſtris*. Szil-fa. Alás-fa. Ulmbaum. *Orme*.

RHVS Coriaria. Etzet-fa. Gerberbaum. *Roux*.

R. *Cotinus*. Szkumpia. (ſzömörtze-fa.) Farberbaum. *Fuſtet*.

VIBVRNVM. *Lantana*. Ostormény-fa. Iſzalag. Iuſzalag. Schlingbaum. *Viorne*. (1)

V. *Opulus* Gánya. v. Kányafa. Hirſcholder. *Obier*.

SAMBVLVS *Nigra*. Bodza-fa. Hollunder. *Sureau*.

TAMARIX. *Germanica*. Tamarik.

SANTALVM *album*. Fejér ſantál-fa. Sandelhotz. *Santal*.

VACCINIVM *myrtillus*. Afonnya. Kukojza. Jvolya. Gondelbeere. *Airelle* :

V. *Vitis Idaea*. Hauaſi medgy : Veres Afonnya. Rothe heidelbeere. *Airelle rouge*.

ERICA *Vulgaris*. Hanga-fa. Vad-tziprus. (Téli zöld) Heide. Kraut. *Bruyere*.'

DAPHNE *Mezereum*. Farkas hárs (fors rectius. Farkas bors) Tetü-fa. Gyalog olaj-fa. Bergpfeffer. *Camelée*.

D. *Thymelaea*. Gyurö-fa. Farkas hárs (ſpanyol) Spaniſche Daphne. *Garou*.

CACTVS *opuntia* Indiai Kiſſeb'fige. Gemeine Indianiſche feige. *Raquette*.

C. *Ficus Indica*. Indiai nagyob'fige. Gröſſere Indianiſche Feige. *Figuier d' Inde*.

FICVS *Carica* Fige-fa.

TILIA *Europaea* Hárs. v. Száldok-fa. Linden baum. *Tilleul*.

VITEX *Agnus caſtus*. Ketske rágo-fa. Szüz-fa, Keuſchbaum. g. *idem*.

MORVS. *alba*. Feséſzederj (Eper) Weiſſer maulberbaum. *Mûrier blanc*.

M. *nigra*. Fekete ſzederj (eper)

(1) ISZALAG. Ob ſimilitudinem quandam cum *Calamo Rottang* commemoratum ſupra in metro.

Qvercvs *Robur.* Tölgyfa. Tserfa. Gemeine eiche. *Chêne. Robre.*

Qu. *Cerris.* Tſere-fa. Kitſin belü Tſer-fa. Cerreiche. *Cerre.*

Ivglans *Regia.* Diófa. Wallnusbaum. *Noyer.*

I. *nux fructu maximo.* Ló-dió.

Fagvs *Caſtanea.* Geſztenyefa. Caſtanienbaum. *Châtaignier.*

F. *Syluatica* Bik-fa. Buchbaum. *Faureau.*

Carpinvs *Berulus* (vulgo ornus) Gyertyán-fa. Tſer-tölgy. Hambuche. *Cherme.*

Corylvs *Auellana.* Mogyoró fa. Haſelſtaude. *Coudriel.* (1)

C. *Satiua* fructu rotundo maximo. Kerti nagy magyoró. Spaniſche Nuſs. *Aveline.*

C. *Satiua* fructu oblongo rubente. Kerti veres mogyoró. Török mogyoró. Ruhrnuſſ. *Coudrier rouge.*

Thvia (*Thya*) occidentalis. (Arbor vitae) Elet fája. Lebensbaum. *Arbre de vie.*

Salix *Pentandra.* Veresfüz-fa. Rother Weydenbaum. *Saule rouge.*

S. *purpurea.* Tſigolya-füz. Felbinger. *Saule pourprin.*

S. *Viminalis.* Kenderfüz. Kötö-füz. Band Weyde. *Oſier.*

S. *Alba.* Fejér füz-fa. Weiſſe Weyde. Felben. *Saule blanc.*

Pistacia *vera.* Piſztatzia dió. Piſztatziebaum.

Ceratonia *Siliqua.* Sz. Iános Kenyere.

Popvlvs alba Fejér-nyár-fa. Jegenye-fa. Weiſſe Eſpe. *Peuplier blanc.*

P. *Tremula.* Reſzketeges levelü nyárfa. Zitter - pappel. *Tremble.*

P. *Nigra.* Fekete nyár, vagy Jegenye. Schwartze Eſpe. *Peuplier noir.*

Acer *Pſeudoplatanus.* Jávor-fa. Groſſer Ahorn. *Grand Erable.*

A. *Campeſtre.* Fodor Jávor. Juhar. Ihar-fa. Kleiner Ahorn. *Petit Erable.*

Fraxinvs *Excelſior.* Seb. v. Körös-fa. Eſche. *Freſne.*

(1) In nonnullis hortis proceras arbores aequat.

MYRTUS *Pimenta*. Mindenféle füſzerſzám. Pfeffer von Jamaica. *Poivre de la Jamaique.*

PUNICA *Granatum*. Pomagranát. Granatapfel. *Grenade.*

AMYGDALUS *Perſica*. Baratzk-fa. Pferſichbaum. *Pécher.*

A. *Communis*. Mondola-fa. Mandelbaum. *Amandier.*

PRUNUS *Padus*. Kutya, v. Gerezdes, v. Vad Tſereſnyefa. Traubenkirſche. *Cériſier noir d'oiſeaux.*

P. *Armeniaca*. Tengeri (Kaiſzi) baratzk' Aprieoſenbaum. *Abricotier.*

P. *Ceraſus*. Szelid. Tſereſnye-fa. Kirſchenbaum. *Ceriſier. Ceraſus Caproniana*. Medgy. Weixel. *Ceriſier aigre.*

P. *Domeſtica*. Szilva-fa. Tzwetſchen-baum. *Prunier.*

(P. *Spinoſa*. Kökény-fa. v. Tövis. Schlehendorn. *Prunier ſauvage.*

CRATAEGUS *torminalis*. Berkenye-fa. (*ſorbum* vocabimus *Barkotza.*) Atleesberbaum. Elſebeerbaum. Wilderſperberbaum. *Sorbier torminal.*

C. *Oxyacantha*. Galagonya-fa. Weisdorn. *Aubeſpine.*

SORBUS *Aucuparia*. Veresberkenye. Piroskutya Tſereſnye. Fogelbeerbaum. *Frêne ſauvage.*

S. *Domeſtica*. Barkótza. Süvöltin körtvély-köris levelü berkenye. Speyerling. *Cormier.*

MESPILUS *Germanica*. Naſpolya-fa. Miſzpulya. Gemeine Miſpel. *Neſflier.*

PYRUS *communis*. Körtvély-fa. Birnbaum. *Poirier.* PYRUS FALERNA *Pergamen*. Körtvély. *Pyrus Fauonia.* Moskatály Körtvély. *Pyraſter* vad körtvély. vatzkor.

P. *Malus*. Alma-fa. Apfelbaum. Pommier. *Malus ſylueſtris* Vadalma. M. *Paradiſiaca*. Puja alma. M. *Praſomila.* Párisalma. M. *Epirotica*. Tányèr alma.

P. *Cydonia*. Biſ-alma. Büzös alma. Quittenbaum. *Coignier.*

CITRUS *Medica* Tzitrom-fa. Citronenbaum. *Citronnier.*

C. *Limon*. Lemôni-fa. Limonembaum. *Limonnier.*

C. *Aurantium*. Narants-fa. Pomerantzenbaum. *Oranger.*

Theobroma, *Cacao.* Tſokolada, v. Kakao-fa. Cacaobaum. *Cacavate.*
AEscvlvs *hippocaſtanum.* Vadgeſztenye. Roſcaſtanie. *Marronier d'Inde.*
Rhamnvs *Catharticus* Feſtö. v. Haſ-tiſztitó Kökény. Weggedorn. Nerprun. R. *Frangula.* Büdös tſereſnye. Faulbaum. *Aulne noir.*
Evonymvs *Europaeus.* Ketske rágó-fa. Spindelbaum.
Ribes (*rubrum*) Veres. v. tengeri ſzölö, Ribeſel. *Groſelier.*
Rib. *Groſſularia.* Egres. Köſzméte.
Hedera *Helix.* Humirepens. Erdeiſzártſa. Immergrün. *Lierre.*
Vitis *vinifera.* Szölö-töv. v. Veſzſző. Weinſtock. *Vigne.*
Thea *Bohea.* Herbaté. Theeſtrauch. *Thé.*
Rosa *centifolia.* Kerti piros róſa. *Canina* (Cynosbatos.) Tſipke bokor.
Rvbvs *caeſius.* Szederj. Maulbeer.
Clematis *Vitalba.* Vad venike. Gemeine. Waldrebe. *Vigne ſauvage.*
Collvtea *arboreſcens.* (veſicaria) hólyagos borsó olaſz. lentſe. blaſenbaum.
Bryonia *alba.* Földi Tök.

SVFFRVTICES, ET HERBAE.

Canna *Indica.* Róſa-nád. Fructil. *Canne d' Inde.*
Ammomvm *Zingiber.* Gyömbér. Imber. *Gingembre.*
Arvm Dracunculus (Dracontia) Kigyó traug. V. Cl. Benkö.
Cvrcvma *longa.* Sárga gyömbér. Gilbwurtzel. *Saffran des Indes.*
Callitriche *verna.* Motsári lentſe-fü. Frühlings Waſſerſtern. *Herbe étoile de marais.*
Blitvm *capitatum.* Eper-parei. Erdbeerſpinat. *Porce rouge.*
Veronica *ſpicata.* Kék matska fark. Ehrenpreis. *Queue de chat.*
V. *officinalis.* Veronika. Erdei sállya. Ehrenpreis. *Véronique*

V. *Beccabunga.* Vizi ſaláta. Téli ſaláta. *Creſſon aquatique.*

Gratiola *officinalis.* Tſikorgó. v. In-nyújtó-fü. Nieſekraut. *Gratiole.*

Verbena *officinalis.* Szapora fu. Kakas tzimmer. Taubenkraut, *Verveine.*

Lycopvs *Europaeus.* Vizi Peſztertze. Waſſerandorn. *Marrube aquatique.*

Rosmarinvs *officinalis.* Roſmarin.

Salvia *officinalis.* Kerti 'sállya. Salbey. *Sauge.*

S. *Silueſtris.* Mezei, vad, föld, Skárlát 'Sàllya. S. *Pratenſis* Vad 'zsállya. S. *verticillata.* Ló 'Sállyà.

S. *Sclarea* Skárlát, v. ſebes 'Sállya,

Piper *nigrum.* Feketebors. Pfeffer., *Poivre noir.*

Valeriana *officinalis.* Matska-gyökér. Mezei nárdus. Baldrian. Katzen Wurtzel. *Valeriane.*

V. *Locuſta olitoria.* Téli Tzikoria. Galamb-begy : Kikeleti ſaláta. Acker Salat, Rapuntzchen. *Salade chameſtre.*

Crocvs *Satiuus.* Bétſi sáfrány. ſaffran, *ſaffran.*

Iris *Florentina.* Olaſz Liliom. viola gyöker. Violenwurtz.

Iris *Germanica.* Kék Liliom. Blaue Lilgen. *Flambe.* I. *Variegata.* Tarka liliom. I. *Pſeudoacorus* Sarga. v. Vizi liliom. I. *Foetidiſſima.* Büdös liliom.

Scabiosa *Succiſa.* ördög-marta, v. Fekély-fü. Abbiskraut. *Mort du diable.* S. *Aruenſis.* Var-fü. Seprû-fü. Grindkraut. *Scabieuſe.*

Rvbia *tinctorum.* Buzér. v. Piroſitó-fü. Veresfeſtö gyökér. Ferberröthe. *Garance.*

Plantago *maior.* Széles levelü, Közönséges uti-fü. Weiſſer Wegbreit. *Plantain de milieu.*

Plantago *media.* ſzörös vti fü. P. *Lanceolata.* Hoſzſzu, Keskeny levelü uti fü.

Plantago *Pſillium.* Balha-fü. Flöhſaamen, *Herbe aux puces.*

CVSCVTA. *Europaea.* Fetske-fonál Haj-nevelö-fü. Seidenkraut. Goutte le lin.

POTAMOGETON *natans.* Béka-ſzöllö. (Sártſa-fü.) Fluſskraut. *Epi d'eau.*

HELIOTROPIVM *Europaeum.* Nap-után forduló-fü. Sonnen Wende *Tourneſol.*

MYOSITIS. *Scorpioides.* Béka-ſzem-fü. Vergis mein nicht. *Oreille de ſouris.*

M. *Lappula.* Béka bojtorján.

LITHOSPERMVM *Officinale.* Madárköles. Nap-káſa. Meerhiſe. *Gremil.*

PVLMONARIA *officinalis.* Gálna, vagy töppögetett tüdö-fü. Lungenkraut. *Pulmonaire.*

BORAGO *officinalis.* Ugorka ſzagu. v. Kerti ökör nyelv. v. Atratzél. Burretſch. *Bourrache.*

PRIMVLA *veris.* Sz. György virágja. Sárgá-kükörits. Schlüſſelblume. *Prime vere.*

LYSIMACHIA *nummularia.* Pénz-levelû'fü. Wieſengeld. *Herbe aux Ecus. Herbe a cent maladies.*

ANAGALLIS *Arvenſis.* Tyúkſzem. Rother Hünerdarm. Mouron.

CONVOLVVLVS *ſepium.* Nagy-fulák. Fel-futó. Zaunwinde. *Grand Lidet.*

CON. *Purpureus.* Fel-folyó piros harangvirág. *Liſeron d'Inde.*

C. *Rotundifolia.* Apró harang virág.

CONVOLVVLVS *Rapunculus.* Rêpontz. Rapuntzel. *Réponce.*

COFFEA *Arabica.* Káffé. Cáffebaum. *Caffé.*

MIRABILIS *Jalapa.* Töltséres virág. (Tök-virág) Schweitzerhoſe 1. *Jalap.*

VERBASCVM *Thapſus.* Ökör-fark. Király gyertya. Fackelkraut. *Bon-homme.*

DATVRA *Stramonium.* Maſzlag, Tſattantó. Stachelapfel. *Pomme epineuſe.*

HYOSCIAMVS. *niger.* Bolonditó-fü, Diſznó-bab. Dolkraut. *Mort aux poules.*

Nicotiana *Tabacum.* Dohány. Tabac.

Atropa *Mandragora.* Natragulya, bolond-fü. Alraun. *Mandragor.*

Solanum *Dulcamara.* Fel-futó, vizi, v. veres Eb-ſzöllö. Erdei vad ſzöllö. Bitterſüſs. *Douce amere.*

Solanum *Tuberoſum.* Pityóka. Földi alma. Krumpér. Grundbirn. Erdapfel. Tartüffeln. *Pommes de Terre. Batattes de Virginie.*

Solan. *Lycoperſicum.* Paraditſom alma. Gold apfel. *Aubergine.*

Capsicum *annuum.* Török bors. Paprika. Guineapfeffer. *Poivre d' Inde.*

Vinca *minor.* Börvény. Folyó-fü. (Téli zöld.) Földi boroſtyán. Singrün. *Pervenche.*

Chenopodium *Scoparia.* Kerti Seprü-fü. Sommercypreſſe. *Belle-à-voir.*

Beta *vulgaris rubra.* Tzékla. Veres répa. Rothe rube. *Bête rouge.*

Beta *cicla.* Fejér tzékla.

Daucus *Carota* (vulgo male ſiſarum) Murok. v. Sárga répa. Gelbe rüben. *Carotte.*

Cyclamen *Europaeum* Diſznó répa. Diſznó v. Földi Kenyér. Saubrod. *Pain de pourceau.*

Pastinaca *Satiua.* Páſzternák. Mohrèpa. Paſternack. *Paſtinade.*

Scandix Cerefolium. Turbolya, Olaſz ſaláta. S. *Pecten Veneris* vadturbolya.

Chaerophyllum *bulboſum* Mogyorú ſaláta. Baraboly (Vad-turbolya.) Peperlein. *Peperle.*

Bromelia *Ananas.* Ananás Alma. *Ananas.*

Fragaria *Veſca.* Eperj. Erdbeere. Fraiſier. *Fr. ſilueſtris.* Erdei Eperj. F. *Pratenſis.* Mezei eperj. *Fragaria Chiloenſis.* öreg Kerti Eperj.

Papaver *Somniferum.* Evö. v. Kerti mák. Mohn. (V. Lexica.) *Pavot.*

Papaver *Rhoeas.* Vadmák. Pipats. Korn roſen. *Pavot Sauvage.*

Nimphaea *Lutea* Sárga virágu vizi tök. Gelbe Seeroſe. *Nymphæa alba.* Fejér virági vizi tök.

Thea *bohea.* Herbaté. Theſtrauch. *Thé.*

Brassica *Campeſtris.* Vadkápoſztakoró. Feldkohl. *Chou ſauvage*

B. *Napus.* Satiuus Karó, v. Tövös répa. Stekrüben. *Navet.*

B. *Rapa.* Répa. Rüben. *Rave.*

B. *Oleracea.* Kápoſzta. Kabbiskraut. *Chou:. Oleracea Viridis.* Zöld levelény Kâpoſzta. Grüner blatkohl. *Chou verd.* O. *capitata rubra.* Veres fejes Kapoſzta. *Alba* fejér fejes Kápoſzta. O. *Braſs. Sabauda* alba criſpa. Capite oblongo non penitus clauſo. Fejér fodor Kápoſzta. *Laciniata ſubrubra.* Veres levelény Kápoſzta. *Seniſia* anguſto apii folio. Petreſelyem levelü Kápoſzta. *Sabellica al. fimbriata.* Téli kék tſipkés Kápoſzta. Kék haraſztos Kápoſzta. *Botrytis.* Cauliflora. Kártifiol. *Asparagoides Italica.* Frókoli. *Napobraſſica.* Répa Kápoſzta. Köhlrüben. Braſſica *Gongylodes* caulo rapa. Torſa Kápoſzta. Kohlrabe.

Brassica *eruca.* Kis fejér muſtár. Erdei muſtár. Rauckenkraut.

Sinapis *aruenſis.* Muſtár-reptſén. Hanga-fü. Ackerſenf. *Moutarde ſauvage.* S. *alba* Sárga (fejér) muſtár. Kerti reptze. Weiſſer Senf. S. *nigra.* Reptsén. Schwartzer Senf. *Seneve ordinaire.*

Raphanus *ſatiuus.* Retek. Rettich. Raifort.

Athamanta *Ceruaria* Emreke, hegyi petreſelyem. *Ath. Meum.* Medue gyökér (mezei Kapor) Beerwurtz. *Fenouil ſauvage.*

Sium *Siſarum.* Mézes murok. Zucker rüblein. *Chervi.*

Cuminum *Cyminum.* Olaſz kömény. Garten kümmel. *Cumin.*

Cicuta *viroſa.* Vizi mérges bürök. GiftigerWaſſerſchierling. (fors radix Konyienſis huc pertinet)

Aethusa *Cynapium.* Adázó bürög. Gleiſſe. *Petite cigue.*

Coriandrum *Satiuum.* Koriandrom. Sobraborju-fü. *Coriandre.* *Nigella ſatiua* fekete koriandrum, v. Kömény, paraſztbors.

Anethvm *graueolens*. Kerti Kapor. Dillkraut. *Anet.* Gr. *Marathrum*, eſt anethi ſpecies.

Anethvm *foeniculum.* Edes Komény. Kerti komény. Olaſz Kapor. Fenchel. *Fenouil.*

Carvm *Carui.* Réti v. Vadkomény. Feldkümmel. *Carvi.*

Pimpinella *Aniſum.* Anis. Bétſi Komény. *Anis.*

Apivm *Petroſelinum.* Petreſelyem. Peterſil. *Persil.*

Apivm *graueolens*, *et dulce.* Tzeller. Seelleer. *Celeri.*

Alsine *media.* Tik. v. pihe hur, v. begy. Vogelkraut. *Morgeline.*

Linvm *uſitatiſſimum.* Len. Flachs. Lin. (ſunt ſpecies plur.)

Levcoivm. *aeſtiuum.* Tözek viola. Weiſſer ſommerweil. *Petite narciſſe, bâtarde.*

Narcissvs *poeticus.* Nartziſſus virág.

Allivm *porrum* Párhagyma. Zahmer Lauch. *Porreau têtu.* *Al. ſatiuum.* Foghagyma. Knoblauch. *Ail.* A. *Scorodopraſum.* Kigyó-hagyma. A. *Aſcalonicum.* Mogyoró hagyma. Al. *Cepa.* Veres hagyma. Zwiebel. *Cignon.* Al. *Schoenopraſon.* Metélö hagyma. Schnitlauch. *Ciboule.*

Lilivm *candidum.* Fejér liliom. &c.

Tvlipa *Geſneriana.* Tulipán. &c.

Asparagvs *Officinalis.* Spárga, nyulárnyék-fü. Kaláris-fü,

Convallaria *maialis.* Gyöngy-virág. Szelentze. Mayblume, *Lis* des vallées.

Polyanthes tuberoſa. Tuba roſa.

Calamvs *acorus.* Kalmus. Calmuſs. *Calamus aromatique.*

Sambvcvs *ebulus.* Földi, v. gyalog bodza. Niederholder. *Petit ſureau.*

Rhevm *undulatum.* (Rhabarbarum) Igaz Rhabarbarum. *Rhubarbe.*

Rumex *acutus* Ló-sóska. Keſerü lapu.

Rumex *Scutatus*. Kerti Sóska. Garten ſauerampfer. *Oſeille ronde de jardin.*

R. *acetoſa*. Mezeisóska.

Oxalis *acetoſella*. Aprósóska. Gemeiner Kleiner Sauerkleè. *Petite oſeille.*

Agrostemma *Githago*. Konkoly, vadótz. Kórnnägelein.

Agrimonia *Eupatorium*. Parló-fü. Apró bojtorján. Bruchkraut. *Aigremoine.*

Sempervivum *tectorum*. Házi. v. téli zöld. Fülbe-fatſaró. Dauchhauslauch. *Grande joubarbe.*

Capparis *ſpinoſa*. Kaporna. Capern. *Caprier.*

Cariophyllus *Aromaticus*. Szeg-fü. Naglein. *Geroffier.*

Anemone *nemoroſa*. Tavaſzi, fejér viragu Kikeleti-fü. v. pipats, &c.

Ranunculus *Sceleratus* Tſomorika, Torſika : Iſtárj. (Kónyi gyökér, Kónyi vizi mérges-fü. Huc enim malo referre cum Cl. Benköne, quam ad cicutas) Vizi mêreg. Farkas nevetö-fü. Froſchpfeffer. *Grenouillette d'eau.*

R. *Aſiaticus*. Ranunkulus virág.

Helleborus *viridis* (niger noſtras) Fekete hunyor. Nieſſwurtz. *Ellebore noir de printems.*

Caltha *paluſtris*. Vizi sárga viola &c.

Teucrium *ſcordium*. Vizi foghagyma ſzagu-fü.

Satureia *hortenſis*. Tſombor, bor-fü. Garten-Iſop. *Savorée.*

Nepeta *Cataria*. Matska-menta. v. nadra-fü. Katzen-kraut.

Lavandula *ſpica*. *Anguſtifolia*. Levendula. Gemeine Lavendel.

L. *Latifolia*. Spica nard.

Betonica *officinalis*. Betonika. Bak-fü &c.

MARRVBIVM *vulgare.* Fejér peſztertze v. pemét-fü. Gemeiner Weiſſer andorn.

ORIGANVM *Maioranna.* Majoranna.

THYMVS *ſerpillum.* Kakuk-fü.

MELISSA *officinalis.* Kertiméh v. tzitrom-fü.

OCIMVM *Baſilicum.* Baſalikom.

MELAMPYRVM *aruenſe.* Tſermely. Fekete buza. Schwartz Weitzen. *Blé de boeuf.*

SCROPHVLARIA *nodoſa* Fekete tſalyán.

ACHANTVS *mollis Virgili* Medvetalp-fü.

COCHLEARIA *Armoracia.* al. raphanus ruſticanus: vulgo Naſturcium. Torma. Kreen. *Cram.*

ALYSSVM *incanum* Ternye-fü Weiſſer baurenſenf.

GERANIVM *odoratiſſimum.* Illatozó Daru-órr. Muskáta. Sehr Wohlriechender ſtorchenſchnabel. *Bec de Grue très-odorant.* Spec. Geranii plures.

SIDA *Abutilon.* Sárga málva.

ALTHAEA *officinalis.* Fejér málva. &c.

GOSSYPIVM *herbaceum.* Gyapott. Pamuk.

GENISTA *tinctoria.* Sárga feſtö fü.

ONONIS *ſpinoſa*, et mitis. Iglitze-tövisk, eke akadály.

LVPINVS (ſpecies plures) viola, vadbab. &c.

PHASEOLVS *vulgaris ſcandens* Karós Fuſzulyka. Török-bab. Török. v. oláh borsó. Faſeln. *Phaséolus coccineus.* Veres fuſzulyka. p. *nanus.* Gyalogfuſzulyka. *Dolichos Lablab.* Egyiptomi fekete fuſzulyka. (*Hae ſpecies habent ſibi ſubditas ſubalternas.*)

PISVM *Satiuum.* Kerti s' mezeiborsó. tzahme erbſe. *Pois. Piſum* ſine cortice duriore. Mézes borsó.

OROBVS *vernus.* Kakuk borsó (bükkön) Vad lednek. Faſanenkraut. Waldphaſolen. *Orobe de printems.*

LATHYRVS *Cicer.* Veres borsóka virág.

VICIA *Satiua.* Semine nigro et albo. Ló borsó. (Lednek. Tſitſerborsó. Vad lentſe) Schwartze, und weiſſe Wicke. *Veſſe cultivée.*

VICIA *faba* 1. maior. Kerti. v. diſznóbab. Buffbohne. *Grande fève.*
2. F. *minor.* Mezei. v. lóbab.
ERVVM *lens.* Lentſe. Linſe. *Lentille.*
ERVVM *tetraſpermum.* Vad lentſe.
CICER *arietinum.* Bagoly borsó.
GLYCYRRHIZA *glabra.* Édes gyökér.
HEDISARVM *onobrychis.* Spanyol here, Varju borsó. Türkiſcher klée. *Sainfoin.*
TRIFOLIVM *melilotus* Caerulea (lotus hortenſis odorata Caſp. Bauhini) kék sárkerep. Kerti. v. illatozó-ló here. SPEC. Variae, cum ſubalternis.
MEDICAGO *ſatiua.* Német ló here-fü. Burgundiſchheu. *Luzerne.*
SCORSONERA *Hiſpanica.* Artifiola. Spaniſche ſcorzoner. *Scorzonere.*
LACTVCA *ſatiua.* Saláta. Salat. ſp. Capitata. Communis. Criſpa. &c.
CICHOREVM *intybus.* Katáng. Vad tzikória.
C. *Endiuia* Kerti katáng.
CARDVVS *Marianus.* Boldog aſzſzony tenyere. Töviſſes fejérkerti lapu. Frauen diſtl. *Chardon de nôtre Dame.*
CYNARA *Scolymus.* Artitsóka.
CARTHAMVS *tinctorius.* Tót, Kerti, vad Sáfrány. Wilder ſaffran.
TANACETVM *Balſamita.* Boldog aſzſzony mentája.
ARTEMISIA *abſynthium.* Fejér üröm.
ARTEMISIA *vulgaris.* Fekete üröm, ſeprö-fü. Gemeiner beyfuſs.
ARTEMISIA *Dracunculus.* (Tharcon Avicennae) Tárkony. Kayſerſalat. *Eſtragon.*
TVSSILAGO *Petaſites.* Nagy édes lapu. Mirigy-fü. Peſtilentzwurtz.
Senecio *vulgaris.* Szöſzös-fü.
ASTER *Atticus.* Amellus. Virgilii. Kék tſillag virág.
INVLA *Helenium.* örvény v. nagy örmény gyökér.
ANTHEMIS *nobilis.* Illatozó, olaſz ſzeg-fü.
ANTHEMIS *pyrethrum.* Indiai Tárkony. Imely gyökér. Bertram. *Racine ſalivaire. Pyrethre.*
HELIANTHVS *tuberoſus.* Tſitsóka, földi alma. Erdapfel. *Topinambour. Poire de terre.*

Calendula *officin*. Tüz, sárga, oláh virag. Búrongó-fü.
Viola *odorata*. (martia) Kék viola.
Impatiens *noli* (*me*) *tangere*. üveg Száru-fü.
Epidendrum *Vanilla*. Vanilia.
Lemna (lenticula paluſtris) &c. Béka lentſe.
Sparganum *erectum*, et natans. Botikós ſás, Vizi buzogányka.
Vrtica *pilulifera*. Gombotsás tſalyán.
V. *Vrens minor*. Apró tſalyán.
V. Dioica vrens maxime, nagyob' égetö tsalyány.
Amaranthus *Blitum*. Kerti eſter parej.
Momordica. *Balſamina*. Mamortika.
Cucurbita *lagenaria*. Lopó tök. C. *Pepo*. Tök. Diſznó dinnye. C. Citrullus Görög dinnye.
Cucumis *Sativus*. Ugorka. Buborka. *Cuc*. Melo. Dinnye. Melone.
Cannabis *ſatiua*. Szelid kender.
Humulus *Lupulus*. Komló.
Atriplex hortenſis pallide virens ſubrubra. Németh paréj.

A P P E N D I X.

Alysson (ex Marbergii Magazino p. 51.) Alyſſum Galeni et Clusii Tiſztitó ſpanyol-fü. Ein aus Spanien ſtammendes gewächs, deſſen Kraut die Kraft hat das ·es verzehret, und reiniget. V. *Sup*.
Marathrum, idem quod Anethum Foeniculum. Édes kerti Kömény olaſz Kapor.
Asarum. Kapotnyak-fü.
Galbanum. Gálbán gumma.
Seselis. Kretai Köményˑmag.
Ononis. Iglitze tövis gyökér. Zanót-gyökér. V. *Sup*.
Bugl ossum. ökörnyelv-fü.
Dictamnus alb. Ezerjó-fü &c.

PHYTOLOGICON.

INDEX II.

Continens Opera Autorum, qui in hoc Phytol. laudantur, illuſtrantur.

ADANSONS Reiſe nach Senegal.
ANTHOLOGIA Graeca. per *Cunich.*
ACOSTA Hiſtoire des Indes.
AEMIL. Macer. apud Harduin. in Not. Plin.
BRIGLI Sen. Medic. Alb. Reg.
BOUGUER. BARRIER. CONDAMIN. Reiſe.
BENKŐ Ioſeph. Nomenclatura.
BUSBECK. Legation. Epiſt.
CSAPÓ Herbarium Hungar.
COLUMELLA.
DERVILLE *Reiſe.*
ENCYCLOPED. Oeconom.
FERMINS Surinam.
FLACHAT Handlung.
GÜNTHER Academie der Kaufleuten.
GIANNETASII Parthenii Nautica.
GARCILLASSO. Hiſtoire der Yncas.
Le GENTILHOMME Cultivateur.
HARDUINI Notae in Plinii Hiſt. N.
HORATII V. Op.
HOMERI Odyſſ.
IAQUIN Obſeru. Boten.
KLEIN Natur ſeltenheiten.
KALIFORNIEN. Nachrichten.
LUCRETIUS ſuo cum Antidot.
LINNEI (Latin.) Species Plantar.
LINNEI (Germ. Norimb.) Opp. Cet.

LVCANVS.
MITTERPACHER. Hiſtor. Phyſ. Plantar.
Et OECONOMIA.
OSBECK Reiſe
OVID. Metamorph.
PILLER Element. Hiſt. Natur. Regn. Veget.
Eivsd Aſſert. Anni 1780.
PLINII Hiſt. Natur. cum Not. Harduin.
PRVDENTIVS in Not. Harduin.
Paſſeratius in Not. Harduin.
POMONA Franconica.
PHYSICA Newton. Hungarice.
PHYSICA Exotica Caſſouienſis.
RATH Mathiae Ephemerides Poſoniens. Hungar. anni 1780.
RATZ. Medicin. Doct. Budens. Vniu.
RAPINVS Hortor.
RAUWOLF apud Linn. Editor.
SAVASTANI Botanica.
STELLERS Kamtſatka.
STRABONIS Geographia.
SYSTEMATISCH. Lehrbuch.
SERENVS Samonicus.
SZABÓ Vanier Hung.
TISSOT Hung.
VÀNIER Praed. Ruſt.
VIRGIL. Var. Opp.

INDEX III.

Continens variam epigraphen Doct. Virorum, in hoc Phytolog.

I.

Avgvstini *Pupikoffer.* Phil. Doct. Repet. *Hum. Prof. Pro Direct. AAL. et Human. in R. Vniu. Bud.*

Φάρμακα, κὰι χρείας ἄλλας φυτὰ πάντα φέρουτι,
ὅ, ττι φυτεύματ᾽ ἔχει φέρτερον, ἐνθάδ᾽ ἔχεις.

I I.

Samvelis Ratz. *Med. Doct. et Profeſſ. Ordin.* in *R. Vniu. Bud.*

Orphei ſuaue melos flores, fructusque ſequuti,
Nos quoque, qua poſſint arte iuuare, docent.
Crede mihi Iuuenis (didici praecepta Galeni)
Si quidquam, hoc, ſtudio, dignum opus eſſe tuo.

I I I.

Wolffgangi Tóth. *Phil. Doct. Hum. I. et Sen Prof. in R. Vniv. Bud.*

Flore nitet veteri liber hic, fructuque recenti:
Aera meret fructu; flore perennis erit.

Errata	Corrige.
Pag. 8. Randicis - - - -	Radicis.
14. Copulatum - - - -	cumulatum.
38. Requens - - - -	frequens.
Ibid. pein - - - - -	Plinian.
41. lente - - - - -	lentae.
59. aequantur - - - -	aequatur.
60. in texto - - - -	intexto.
61. hac tranſit - - - -	hoc tranſit.
62. artjplex - - - -	artiplex.
72. copulent - - - -	cumulent.
73. ſenux - - - -	ſe nux.
85. gombes - - - -	gombos.
89. Sambulus - - - -	Sambucus.
ibid. Feſzér - - - -	Fejér. &c. &c.

ORYCTOLOGICON,

COMPLEXVM

HISTORIAM NATVRALEM

MINERALIVM.

AVTORE

IOAN. BAPT. MOLNÁR,

Abb. Belae Fontis. S. C. R. et Ap. M. C. C. E. Sab. C. A. L. et Human. Direct. in R. Vniu. Budenſ. A. L. Phil. et S. Theol. Doct. Senat. Reg. Aſſeſſ.

BVDAE,

TYPIS REGIAE VNIVERSITATIS.

MDCCLXXX.

829.312/3
ORSZ·SZÉCHÉNYI KÖNYVTÁR
2005.

ORYCTOLOGICON.

DEDICATIO.

PRIMA dicte mihi, ſumma dicende Camena,
CAROLE, deliciae Regni, Generisque Tui Lux;
Sentio, vultu illo, quo omnes dignaris, amoeno,
Quoque meas, iterum conantis grandia, vires
Exhilaras, animos addi mihi: ne trepidem; neu,
Dum quaero, qua ſit Latia fas voce *Mineras*
Exprimere; et timide ſuccedo penatibus hoſpes
Sulphuris, et terrae, ſalium, variique metalli,
Percellar nimium ſuſcepti mole laboris.

INCOMTVM defendet opus res forſan: vt auſus
Regna duo luſtrare, putem me denique notum,
Et iure hoſpitii quaeſito accedere tutum
Finibus Imperii, extremum quod ſumo videndum;
Atquę tuis meritis iam more, et iure dicandum.

PARS I.

Regni Mineralis Notio generatim.

§. I.

Definitio Regni Mineralis.

Qvae concluſa ſinu, penitusque latentibus antris
Terra, inſtrumentis vitae non praedita gignit;
Quamquam principium poſſint ad Regna referre
Vel vegetatorum, vel vitae animalis; habentur
Cuncta *Minerarum* certa in Claſſe, Ordine, Regno.

§. II.

Loca Natiua Mineralium.

Vt que Superficies quaeuis terrae omnia ferre
Non ſolet, hoc pacto neque quoduis *foſſile* quouis
In plano, vel colle, ſolum natale tenere. (1)
Saepius incaſſum per *Promontoria* quaeres
Plura huius generis: medios, mundoque coaeuos
Abſtruſa in *montes*, aut planae in viſcera terrae.
(Celſa iuga in geminos vtrinque reſidere montes
Orbe ſolent toto: in *mediis* perquire *metalla*.)

---

(1) V. Piller Regn. Mineral. pag. 2. &c.

§. III.

Diſſertatio de origine Mineralium. Pars. I.

TERRARVM in venis lateque patentibus antris
Frigida dum pugnant calidis, humentia ſiccis,
Mollia cnm duris, ſine pondere habentia pondus. (1)
Temperies ſublata, agitans obſtantia quaeuis
Corpora, permiſcet; tum ſubſidente tumultu
Plurima deſtituit mutatis praedita formis.

MIXTA hoc efficiunt *elementa*. Age, ſingula quantum
Poſſint, et ſoleant rerum proferre nouarum,
Conemur rite e veris ediſcere cauſſis.

PRIMVM *Terra ſilex* plures generare videtur
Terrarum ſpecies. *Calcarea terra* medullis
Plantarum, et membris animati corporis; vt ſunt:
Corpora concharum, paſſim eſt infuſa, per omnes
Didita particulas: motu, atque humore ferente.
Nam quando in cineres aut plantae, aut oſſa reſidunt
Exuſta, his *Calcis terrae* eſt admixtus aceruus.
Hos rurſum eineres, poſtquam amiſere vapore
Nonnullam partem, in *ſilices* tranſiſſe videbis;
Vel potius rediiſſe. (2) Sed haec incerta fatentur
Plura peritorum tentamina. POERNERVS illis

(1) OVIDIVS Metamorph. L. 1. n. 1.

(2) GMELIN. in Germanica Linnei Edit. Tom. 1. Norimberg. Minerali. pag. 9.

In cinerum ſtratis ſilices deprendit: iisdem
Baumius *argillam*, vel *terram Calcis* ineſſe
Adfirmat viſu e proprio. (1) Quae praelia demum
Huc recidunt: vt *terra ſilex* videatur habenda
Terrarum vel principium, vel mater, et inter
Terrarum reliquas prima. Haec ſententia vulgo
Et placet, et melior dum ſe offerat, obtinet arcem.

Terra ſibi miſcens *calcarea*, *ſulphur*, abire
Adſolet in terrae ſpeciem, quae vera *metalli*
Terra ſit: hanc cupro, ferro, argentoque feracem
Nonnunquam praebent *animalis* corpora *regni*. (2)

§. IV.

Eiusdem Diſſertationis. Pars. II.

Igne fit, vt veram in calcem *calcarea terra*
Mutetur: veteres, Cryſtalli amittere formas
Cogantur: Lapides vitri vertantur in vſum.
Montibus igniuomis rerum haec conuerſio, fere
Perpetuo niſu ſe ſe debere, fatetur.
Haec vis conflauit ſparſos per plurima regna
Vero conſtantes nitidoque *Baſalte* coloſſos.
Regna ea Vulcani fuerant in faucibus, aut ſunt. (3)

(1) V. Mitterpacher Phyſicae Plantarum Tom. 1. pag. 83.

(2) V Gmelin. loco. cit.

(3) Gmelin Tom. 1. Linn. Mineral. Germanice. a pag. 9. ad 12. V. Part. 3. §. XX. hic.

Ignis agit terras, nullique incognitus antro
Flexibus obliquis ferus obuia corpora vexat;
Percurritque frequens, ſecumque exilia raptat
Corpora, non vnam motu acceptura figuram.
Quis iam diuerſas miretur ſurgere formas?
Longa neget breuibus concurrere, laeuia ſcabris?
Sic olei poſſunt maſſae concreſcere, acuti
Sic prodire ſales, et flammis ſulphur amicum.
Quae deinde indomiti componant pondera ferri,
Arboribusque luem fumorum examine conflent,
Exurantque vapore fibras, qui plurimus exit
Naturae dum ſurgit opus, feruentque metalla.
Nonnullis haec ſenſa placent. Inimica ſequuti
Caſtra alii, magnis pulſant clamoribus auras:
Purpureis Phoebi radiis, ignique remoto
Tecta adſcribentes generati dona metalli.
Cetera quid memorem dubiarum praelia rerum?
Sunt, quos mira iuuant putrium compendia vocum:
Totaque vix ternis abſoluunt dogmata verbis. (1)
Ingens eſt in Aqva mutanda ad corpora virtus.
Haec alienigeno nexas e corpore maſſas
Qualibet in gutta ſemper vehit. Illicet alto
Quamquam labatur de culmine purior omni
Cryſtallo, abraſos e rupibus vndique grumos
Voluit, et immiſcet nitidis ea fragmina guttis,
Inde ferax auri Rhenus, pluresque beatae
Hungariae riui. (Nam, vt ſenſim littora, vaſaque

(2) V. Bartakovics Metallurgicon, ſiue de Cultura Fodinarum auri et argenti Edit. Tyrnav. 1748. pag. 3. 4. 5.

Obduci limo memorem, quis quaerere curet?)
Turgent particulis cupri, vel ſulphuris iſtae;
Illae autem ſalſos fontes ac flumina praebent. (1)
Datque capitque nouas ſaepe ergo lympha figuras.
Cum nitidis in aquis tenerae, rituque farinae,
Implicitae guttis vna labuntur arenae,
Antrorum e fibris, per quas ſe ſe explicat vnda,
Quid mirum lapidis ſi pendula ſtilla figuram
Adſumat, vel quod cruſtas inducere pergat
Vel ſtratis, per quae currit, fontisue canali
Porrecto in longum, media vt prorumpat in vrbe? (2)
Flumen habet Pannon, quod in aere denique ſaxi
Duritie induitur. (3) Nebulas conſurgere paſſim
Cernimus e fluuiis, quae foetae ſulphure tetro,
Vitrioloque, animam pene intercludere poſſint. (4)
Sic et auerna loca alitibus ſubmittere debent
Mortiferam vim, quam exhalat ſubiecta mephitis:
Vt ſpatium coeli quadam de parte venenet.
Quo ſimul ac primum pennis delata ſit ales,
Impediatur ibi coeco correpta veneno;

(1) Gmelin. Tom. 1. Linn. Germ. Miner. pag. 25. *De Cimento* apud Szomolnok, et Vallem Dominorum V. Belii Compend. Geogr. p. 193.

(2) Pluche: Neuer ſchauplatz der Natur, Tom. 1. pag. 465. Frankfurt. 1782.

(3) De aquis Lapideſcentibus V. Belii Compend. Geogr. pag. 195.

(4) M. Valmont de Bomare Expoſition du Regne mineral. Paris. e Bibliotb. Mitterp. pag. 32. edit. 1763.

Et cadat e regione loci, quo dirigit aeſtus. (1)
Nonne inſectorum variorum regna, paludes
Exuuiis oneratae horum dant mille colores?
Vitriolo zinci, vel alumine, vel ſale neutro,
Aut vi Saponis, lentoue bitumine mixtae
Oſtenduntur aquae per celſa, et plana locorum (2)
Thermasque, ac fontes generant; rerumque nouatrix
Ex aliis alias reparat natura figuras. (3)
Exceptis illis, quae fine carentia vitae
Antiquum in nihilum diuina potentia reddit,
Nil perit in toto (vetus eſt ſententia) mundo.
Sed variat faciemque nouat; naſcique vocatur,
Incipere eſſe aliud, quam quod fuit ante morique
Deſinere illud idem: cum ſint haec forſitan illa,
Haec translata illuc; ſumma tamen omnia conſtant.

Aeris interea vires nec hebeſcere, nec nil
Moliri certum eſt. Rodi illo ſaepe metalla
Vidimus. Hic plantae; carniue in fruſta reciſae,
Aut viuae *infixus*, tabe et putredine ſoluit
Corpora; et exuuiis dein terram pinguibus auget.

(1) Lucret. cum Antidoto l. 6. pag. 244.

(2) De Bomare Tom. 1. Laudato pag. 24. 32. 36. 37. 38.
NB. Sal neutrum accedit ad ſal mirabile.

(3) Pythagoras apud Ouid. Metamorph. L. 15. p. 618.

(4) Ouid Metam. L. 15. n. 5. p. 618.

§. V.

Diſſertationis de geneſi mineralium. Pars III.

IAM grauitas, et Vis ſpatiis contermina certis
Dum copulata aliis, alias elidere vires
Nititur; vt fulmen medio in telluris hiatu
Obuia concutiens, pro! quantum in foſſile regnum
Imperium exercet. Trahit haec, contra illa repellit:
Hic ſuccos, illic acidum, aut ſubtile phlogiſton,
Aut oleo, aut calci miſcet, vel detrahit: igne
Armata, imo acuens elementa ferocibus armis
Omnia, ſic ſequitur *Legem*, *Legemque* refingit.

AN tamen id proprium ſit *Legi*: vt foſſile quoduis
Progeneret, quale id primum Natura creata
Exhibuit? dubitat merito CRONSTEDIVS; imo
Flecti animum in partem mira haec producta negantem
Sentit. (1)

VT admittam *ſalium*, quos vnda marina
Montibus illabens ſubſidere cogit aceruos, (2)
Transferrique loco veteri quamplurima, niſu
Aeris, aut ignis; licet id ſimul aſſerere auſim,
Terras in vitrum Vulcani in faucibus olim

(1) CRONSTEDTS Verſuch einer Mineralogie Copenhag. 1770. pag. 5. 6. 7. 8.

(2) V. MATHIAE RATH. Ephemerid. Poſon. 1780. epiſt. 98. pag. 711.

Conuerſas rurſum argillae ſubiiſſe figuram: (1)
Multa vetant metamorphoſes concedere paſſim
Regni foſſilium cunctis in partibus. Antra, et
Regna Metallorum ſubeat, luſtretque, neceſſe eſt,
Qui firma eſſe cupit momenta educta catinis.

§. VI.

Status Corporum mineralium.

Fossilivm porro ſtatus eſt aut puluerulentus,
(Quando leui motu partem pars deſerit) aut eſt
Durus; durities quamuis maiorue, minorue
Maſſas diſcernat. Minime durata friari
Nempe vides; tenera illa manu contrita fatiſcunt.
Sunt, quorum, in fluidis, facies natiua tenetur.

§. VII.

Variae corporum mineral. figurae.

Qvadrvplici imprimis rerum haec natura figura
Comta eſt. (2) Externo, ac, cum fracta eſt, interiore
Quaecunque ergo ſinu ſpeciem rhombi vndique praefert
Maſſa, *ſpatoſa* audit: *cryſtalli* nomine gaudent
Formae aliae: ſunt quas nomen generale figurae
Multiplici vocum a terrae menſoribus vſu
Arrepto celebrat. *Conus*, *globus*, atque *Cylinder*,

(1) Mitterpach. Oeconom. pag. 204.

(2) Lvcret. L. 1. pag. 31.

Praeterea huc *lamnae*, *ſquamaeue* figura refertur.
Denique, ſunt etiam, quae nulla praedita certi
Forma vſus, dici Latiis *informia* poſſunt.
Quid? quod et interno in nexu variatio mira eſt.
AEquali, et ſolido copulantur corpora vinclo
Nonnulla; aſt aliis, quoties ea fracta videmus,
Vel ſpatha, vel Schiſtus tribuit vel lamina ductus.
Partibus in minimis ſi quae ſpectata figuram
Granorum induerint, Chalybis ſunt claſſe notanda.

§. VIII.

Diſtributio Mineralium in Claſſes IV.

Sola figura tamen, quaecunque illa eſſe feratur,
Vix vllum in certam defigit foſſile claſſem.
Praeter eam, auxiliumque oculorum, accedat oportet
Guſtus, odoratus; quandoque et menſtrua dando
Concurrant ſigno; quo in Claſſem corpus adoptes.

Nos celebres artis, noua poſt inuenta ſequuti
Doctores, Claſſem *primam* aſſignabimus amplis
Ordinibus *Salium*: exponet pars deinde *Phlogiſton*
Altera per certas ſeries: ſit *tertia* Claſſis
Terrarum; dabimus *poſtrema* in parte *Metalla*.

PARS II.

Complexa dvas primas Mineralivm Classes: Salivm et Phlogistorvm.

§. I.

I. Classis Mineralivm continens Salia.

Notio ſalium generatim.

Sal ſapidum eſt corpus, quod aquae diſſoluere poſſint.
Haec tota eſt eius deſcriptio. Quando character
Nectitur huic alius ſtabili lege, exime claſſi
Quid quid id eſt ſalium. Quare *Arſenicum* adde metallis.

Svnt autem gemina in *ſalibus* primordia, ſiue
Queis conſtant elementa: *Acidum*, inquam, aut *Alcali*: quae vox
Quamquam Arabum, vt multae Graecorum, more probata eſt.
Stiptica res *Acidum* eſt, varia efferueſcere cogens
Corpora; vim reliquam propriis in Claſſibus addam:
Cum ſalium, atque Acidi varius memorabitur ordo. (1)

---

(1) Gesner Lexic. p. 65. Alcali eine art Saltz, das dem acido entgegen geſetzt wird. *Bomar.* Lexic. p. 331.

§. II.

Ordo I. Salivm.

Salia Acida generatim.

Sal porro eſt *acidus*, cuius nimirum elementum,
Siue *Acidum*, a reliquo nexu quadam arte reuulſum,
Caeruleum, elicitum e plantis mutare colorem
In rubrum ſolet; et, cum ſaponi *Alcali* mixtum eſt,
Pingues a reliqua partes auellere maſſa.

Iam, cum *vitriolo*, *muria*, *nitroue* ligetur
Hocce *Acidum*; et *muriam* adfirmet calcarea terra
Vt baſis, aut volitans, aut defixum *Alcali*; triplex
Sal muriae exiſtit: *commune*, *Ammoniacumque*,
Nominibus geminis propter mixtum *Alcali* notum;
In *fixum*, atque *volans*, certa ex ratione tributum. (1)

§. III.

Sal Muriaticus. Communis.

Sal *Muriae*, ſeu communis, *fluidus* tamen idem,
Tam mare quam fontes, (teſtis *Sóvaria*) replet.
Elicitus vapor igne, iubet ſubſidere partes
Demum huius fluidi ſolidas, atque vſibus aptat.

---

(1) Sal Mvriae triplex. 1. Communis. 2. Sal. muriae Alcalinus fixus. 2. Sal muriae Alcalinus volatilis.

GEMMAE nomen habet *ſolidus ſal*, quando alienis
Liber particulis, gemmae inſtar purus habetur.
Illum, et permixtum citra omnia damna ſaporis
Marmatici, Dacique ferunt cum foenore montes:
Vtque hic Auſtriaco ſubiecta cacumina iuri
Cetera non memorem, terrae *Vielicka* Polonae,
E media ſalis egregii, purique fodina
Dulces fundit aquas. Nimirum menſtrua, poſtquam
Quod ſatis eſt, ſoluunt, reliquum, ſaturata repellunt. (1)

§. IV.

Vſus ſalis communis.

VSVS perpetuus *Muriam* probat. Illa ſaporem
Conciliare cibis, atque a putredine carnes
Praeſeruare ſolet; queis large adſpergitur: illas
Quas leuiter tangit, citius putreſcere cogit.
Arida, et argilla iuſto magis obſita tellus,
Vi ſalis, a *Suecis*, fieri foecunda, Magiſtris
Creditur. At quendam riſit vicinia nuper
Id tentantem; fors artem ſine lege ſequutum.

§. V.

De arte liberandae a muria aquae marinae.

MVLTA modis variis fuerant tentata vetuſtis:
Vt maris vnda *Salem*, piceasque amittere partes

(1) V. COMPEND. Georgr. BELII Gallic. Lodomer. pag. 85. *Piller* pag. 11.

Arte iuberetur; dulceſque offerret in vſum
Magnae nauis aquas; cum longo tempore pontum
Tranſmeat, et fruſtra fontes, riuosque requirit.
Poſſe putabantur praeſtare id cerea vaſa,
Atque iniecta mari, tamquam ſorbentia puras
Excluſis ſalibus guttas, dulcem admittentibus vndam
Omni ex parte poris. Cenſebant deinde vapori id
Nonnulli committendum, vique ignis: arenae
Percolanti alii malebant fidere: rori
Lintea pandebant etiam, expreſſura receptos
In coelum e maribus, delapſosque aere ſuccos.
Paſſonier demum longis ambagibus actos
Circum vaſa tubos, commiſſosque interiori
Et vaſi et flammae per mille volumina, iuſſit
Admiſſas penitus maris vndas vndique duci,
Flecti, ac reflecti, ſordes deponere; puris
In ſublime vehi non citra commoda guttis. (1)

§. VI.

Sal Muriae Ammoniacus fixus.

AMMONIS *Muriam*, quam fixerit *Alcali*, raro
Natiuam inuenias. Legitur tamen illa frequenter
Putri e concharum teſta, muriaque marina.

---

(1) V. *Linn. Mineral.* German. Tom. 2. pag. 190. &c. MITTERPACHERI L. Phyſicaliſche Erdbeſchreibung. Vien. 1773.

§. VII.

Sal Muriae Ammoniacus volatilis.

Ammonis Muriam volitare ſub igne coactam
Igniuomi montes, ac Turkeſtania, mittunt.
Hoc ſale Gallus equis viſum, aiunt, reddit ademtum.

§. VIII.

Sal vitriolicus; eiusque vſus.

Qvando *Acido* dat vitrioli nomenque, baſimque
Terra metallica, ſal ſalis omne amittere nomen
Adſolet, et ſe vitrioli ſub nomine condit.

Terra metallica quando e zinco, marte, cuproque
Conflatur, totidem tribuit cum nomine Claſſes,
Vitriolo, quot ſunt ſpecies claſſesque metalli,
Cui nexum eſt. *Martis*, viride eſſe, rubrumue videmus. (1)
Vitriolum veneris ſeu cupri caeruleo ſe,
Zinci vero albo paſſim adprobat vsque colore.
Et perfecta ferunt haec omnia viſcera terrae,
Et ſolet ars de Martis item proferre pyrite.
Vitriolo Martis proprium ſcriptura colorem
Debet in acceptis, atramentumque referre.
Spiritus, ac oleum lapides polit: horrea demum

(1) Piller p. 6. Roſeus ei color in valle Dominorum; albus item, et ſubluteus. Kremnitzii candidus eidem color, et forma capillaris. V. Kaufmans Magazin Hamburg. 1733. Biblioth: Bretschneid. pag. 625. de vitriolo, ſeu Chalghanto.

Liberat erucis, inſectorumque cateruis.
Cimicis hoſtis idem eſt: prohibet putreſcere ligna.
Vtque breui dicam Saliumque, acidique ſalini
Vires complures; haec ſoluunt nempe metalla,
Praecipitant reſoluta, jubent praeferre nitorem.

§. IX.

Sal Alumen, eiusque vſus.

*V*ITRIOLVM argilla et Sale mixtum praebet *alumen.*
Educi e *ſchiſto* ſolet, atque lithantrace ſaepe;
Saepe ex argilla. Natiuum more capilli,
At raro eruitur. Romanum albumue, rubrumue
Laudatur: linguam adſtringit; ſubdulce ſed vna eſt.
Praecipuum tinctor laudabit aluminis vſum.
Sachareas tergit ſordes; aptumque colori eſt
Caeruleo, Berolinenſi de nomine claro.
Igni extinguendo, Salpae, lacti, atque papyro,
Fingendae luci, ducendo in vitra colori
Seruit; aqua, aut vino tenuatum inſecta repellit
Ex animantum porrectis per longa theatra
Exuuiis; diuturna tibi vt ſpectacula pandant. (1)

§. X.

Sal mirabilis.

DENIQVE vitrioli ſi *Acido* baſis *Alcali* ſubſit,
Sal mirabilis exiſtet; calidis, acidisque

(1) V. LINN. MINER. Germ. Tom. 2. pag. 235. Vinum hic pro ſpiritu vini accipe.

Arte eductus aquis, quamquam ad Gmundam Auſtria praebet
Natiuum ritu cryſtalli. Neu queat illum
Humor disſuere, in Muria ſeruabitur apte.
Hic ſal *mirandi*, et Glauberi nomen adeptus,
Et Debreczinis iam non ignotus in agris,
Aluum laxantis ſpeciem ſalis ornat amari. (1) Hanc
Claſſem augent etiam quos e tellure Bohema
Szedlicza dimittit, tum quos large Anglia vendit. (2)
Huc et aquas reuoca, quas plenis fontibus offert
In medicos vſus paſſim terra Hungara. Verum
Permultis horum tribuit vim prae Sale ſulphur. (3)

§. XI.
Sal nitrum.

E nitroſo *acido Nitrum* ſola arte parari,
E que ſolo putri duci ſolet. Hoc vbi linguam

(1) Idem qui apud Hermanum *Sal Catharticus*. V. Klein *Sammlung Naturſeltenheiten*. p. 38.

(2) Cronstedts Verſuch einer Mineralogie Copenh. an. 1770. pag. 144. Alcali ſaturatum minerali. Sal mirabile Glauberi In quellen, vnd pfützen findet man es aufgelöſt. Man hat einen gelehrten ſtreit gehabt, welches von dieſen beyden das recht habe *natrum veterum* Baurach, ſal mirabile, oder Engliſch ſaltz genennet zu werden.. Engliſches ſaltz kann es genennet werden, &c. *Sale mirabili* abundant lacunae ſiluis camerat ad *Budam* vicinae.

De *Bomare Mineralog*, Tom. 1. pag. 322. ponit *Genus*. Sal *neutrum*; ſpeciem 1. ſal. neutrum purum. 2. Sal neutrum calcareum, *aliter*: aphronitrum nonnullorum. 3. Sal neutrum acidulare, *aliter*: calcareo mixtum acidulare. Hanc ad ſpeciem reuocat 1*mo*. Sal Epſomenſe, ſeu ſal Anglicanum, 2*do*. Sal Sedlitzenſe, et Egranum, ac ſal thermarum Carolinarum.

(3) V. Sammlung Michael. Kleinii Poſon. 1778 pag. 90.

Contigit, inducit ſenſum illi frigoris. Vſus
In pyrio, inque vicem muriae, pecorumque medelis.

§. XII.

Ordo II. Salivm.

Notio Salium Alcalinorum generatim.

Alcalini pars pura ſalis, quaeque *Alcali* ſola eſt,
Caeruleos vegetatorum transferre colores
In virides amat. Haec ſe pinguibus, aut oleoſis
Particulis iungens, ſaponem porrigit; eſtque
Sic pars *Alcalini* ſalis, vt pars eſt *Acidorum*
Iam deſcriptus *acor* ſalium. Porro Alcalinorum
Eſt agmen duplex: *Fixum*, atque *Volatile*. Fixa
Nullum ignem metuunt; contra, igne Volatile ferme
Quouis difiicitur, vacuasque recedit in auras.

§. XIII.

Salia Alcalina Fixa.

Alcali cum fixum eſt (quamquam illud reddere purum
Ars nequeat; neque concretis auellere terris)
Natrum eſt. *Aphronitrum* autem calcarea terra
Praebet, ſi ſalibus ſit mixta. Educitur illud
E lapicidinis calciſque, et marmoris: intra
Humida murorum veterum reperitur abunde.
Vtrumque id fixum eſt. Huc *Tincal* pertinet, ex ſe
Nempe Metallurgis praebens factum arte Boracem.
(Atque *Boracem* equidem Gmellini ſcripta ſequutus,

In numerum Salium, cryſtallorumque redactum
Comperio; ac medicos vſus praebere ſolutum.
Idem et nobilium Gemmarum Claſſe tenetur;
Non tamen aut Salium, aut cryſtalli Claſſe relicta. (1)
Arte Borax factus, ſed non puriſſimus, Indis
Nomine Tincaleo nobis portatur ab oris:
Saponi ſimilis, ſulphur, corium, oſſa, lapillos
Continet: vt nequeas certam illi figere claſſem.) (2)

Post pluuias, quoties campos ſiccauerit aeſtus,
Adfuſos Albae, *Debreczino*, ac *Szegedino*
Alcalini fixi ſal candidus omnia complet.
Hungarici id *Natri* iam vulgo nomine notumeſt.
Rore cadente, prius quam Phoebi mane recentes
Eluctentur equi, et depellant ſidera coelo,
Natrum euerriculo placide corraditur: explet
Smigmatis vſum, et vim; mixtumque in pinguia, praebet
Smigma probum. Excepta *Platina*, quodcunque ſolutum
Eſt *acido*, fundum praeceps deuoluit in imum. (3)
Magna fides Scopolo celebri, quo teſte probatur,
AEgypto, Hungariae, ac Perſis duntaxat adeſſe
Hoc *natrum*, Debreczini Saponis ab vſu
Tam clarum, vt Veneto quod ineſt in ſmigmate dignum
Laude ſua, qua omnes ſolet illuſtrare tabernas,
Totum id Pannonico ſpumet de ſmigmate mixtum. (4)

(1) V. Linn. Miner. Germ. Tom. 2. pag. 96. 105.

(2) Cronsted. Mineral. pag. 155.

(3) V. Linn. Miner. Germ. Tom. 2. pag. 62. Natrum, ni-trum. Szék-só. Laugenſaltz.

(4) V. Klein Samlung. p. 10. et 120.

§. XIV.

Salia Alcalina volatilia.

Montibvs igniuomis, ſalis Alcali, et igne volatum
Nanciſci ſoliti debetur, opinor, origo.
Quod reliquum eſt huius generis, color, atque figura,
Cetera; viſu, vſu cauto diſcenda relinquo. (1)

§. XV.

Classis II. Mineralivm continens corpora Phlogistica.

Notio Phlogiſticorum generatim.

Altera Foſſilium, quaecunque Phlogistica mos eſt
Dicere, Claſſis habet. Facile ardent talia, ſeque
Solui oleo patiuntur item; ſunt foeta phlogiſto.
Quamquam hoc principio ſint praedita corpora quaeuis, (2)
Proprietas tamen his quod deficit altera ſaepe,
Nec flammam cito concipiunt, hac claſſe teneri
Non poſſunt. Quadruplex huc nonniſi pertinet ordo.
Sulphur, *Mercurii et ſebi* genus; atque *Bitumen.*

(1) V. Piller Mineral. pag. 9.

(2) V. Phytologicon. part. 1. §. IX. pag. 14.

§. XVI.

Phlogiſton Sulphur.

SVLPHVR cum purum eſt, cupide ignem corripit: ardet
Caerulea absque vllo fumo, ac fuligine, flamma,
Exitiali animam pene intercludit odore.
Alcalino vnitum *fixo*, *hepar Sulphuris* audit.
Sulphur nil aliud cum ſit, quam nexibus arctis
Vitrioli ſe *acido* nectens ſubtile phlogiſton,
Hocce *acidum* combuſta ſolent dare ſulphura ſemper.
Sulphur cum ſe ſe potuit ſaturare metallis,
Amittit nomen proprium, dicique *Pyrites*
Adſolet. (1) At donec forma illud propria veſtit,
Sulphur natiuum purum eſt, aut ex alienis
Conflatum vna particulis; noſcique colore
Hoc rubeo poterit; color *illi* citrinus: igne
Arrepto perit, et veſtigia nulla relinquit.

SVLPHVREIS thermis; celſisque, vomentibus ignem
Montibus eruitur purum. Id, quod iuuerat olim
Corteſium nouiſſe. Iugis ad Mexiacorum
Regna ſitis pyrio ſulphur pro puluere poſſe
Se reperire putans, ardore cacuminis alti
Admonitus reperit. Sic tormenta, arte magiſtra
Inſtructus, Moteſumae aduerſus caſtra refecit. (2)

(1) AL. *Marcaſita*, Druſa Pyritacea Pyrites Cryſtallinus Linnei V. LINN. Miner. Germ. Tom. 2. pag. 470.

(2) ANTONIVS SOLIS in Hiſtor. Mexici per Cortes, Occupati ante pag. 397. *Germanicae* edit. *Copenh.* 1750.

Svlphvr Sandaracha permixtum et alumine praebent
Felsö Bányenſes, Tranſiluanaeque fodinae. (1)

§. XVII.

Phlogiſton Bitumen.

Corpvs foetum oleo (quod abeſt a ſulphure ſemper)
Claſſe Phlogiſtorum cenſetur; idemque Bitvmen
Dicitur. Huc cum *montana pice*, *petroleum*, *Ambram*
Succineum duplex, *Naphtam*, *Aſphaltumque* Magiſtri
Et *Maltham*, ac *Turfam* referunt: huc foſſile *Lignum*,
Pertinet. Id pingui ſolet eſſe *Bitumine* plenum.
Demum hac claſſe ſolet ſe ſe oſtentare *Lithanthrax*.

§. XVIII.

Singuli Bituminum ordines deſcribuntur.

Naphta fluens oleum eſt; quod odorem ſpargit amoenum.
E terra eruitur: viridi ſimilem illa colorem;
Saepe etiam nullum praeſefert: adtrahit aurum:
In flammas dicto citius conuertitur: vndis
Innatat Hungariae, qua parte ardere videntur.
Perſiac, et Italiae ſolet eſſe domeſticus hoſpes.

Petrolevm ſe ſuccineo commendat odore.
Flauae eſt, aut rubrae formae: reliqua omnia nomen

(1) V. Klein Sammlung. p. 1. et 5. Sulphur haberi ait: in Scepuſio, Schemnitzii, Taiouae ad Neoſolium. &c. V. Piller pag. 13.

Demonſtrat. Simile id *naphtae* dat Gallia, mittunt
Heluetiae fontes, rimaeque per antra patentes.

PETROLEVM ſi quando tenax reperitur, odorem,
Et formam referens *picis atrae*, MALTHA vocetur.
Forma hac Scepuſios terrena axungia ditat.
At proba *Maltha* mari gemino propria eſſe putetur. (1)

DVRVM, quodque manus queat haud ignara polire
Petroleum, ASPHALTVM eſt; quale Heluetus, Alſata, Gallus,
Atque Aſphaltitis notum mare nomine vendit.

MOLLIVS *Aſphaltum* PIX eſt MONTANA: poliri
Se minime ſinit. Eſt porro AMARA bitumen opacum;
Quodque friare queas: manibus tractata tenacem
Lentorem adſequitur: fragrantem exhalat odorem.
Eſt varii: nigri, flaui, albentiſue coloris.
Vt genuinam a conficta diſcernere poſſis,
Ferrum adhibe candens; genuinam disjicit *ambram*;
Quin ſignum eiusdem ferro in candente ſuperſit.
Innatat *ambra* mari; et Balenae ſaepe medullis.
Quae cauſſa eſt, animalis eam quod originis eſſe
Cenſuerint quidam, quos fruſtra abducere tentes
Propoſito: oppoſita hi nulla argumenta morantur.

SVCCINEVM ELECTRVM (2) purum eſt, ſolidumque Bitumen;

(1) MARI Mortuo, et Caſpio.
(2) *Hoc eſt*: Succinum electricum.

Seque ſibi proprio a reliquis diſiungit odore.
Flauus ei color eſt, albo, flauoue rubeſcens.
Adtritum, *electro* propria exhibet; eſtque Boruſſi,
Et maris et terrae vetus incola: Saxonicoque,
Ruſſo, et Carpatico reperitur ſaepe ſub agro.
Membra inſectorum non raro clauſa medullis
Continet, exuuias vegetati corporis, oſſa
Piſciculorum, et res alias. *Cronſtedius* ex hoc
Olim maſſam illam liquidam, fluidamque fuiſſe
Coniicit. (1) Afri aliud ſimile huic dant *ſuccineum*, quod
A *Copal* Americae (reſina ex arbore lecta,
Quaeque Guineae propria eſt) diſtinguitur vſu.

Terra oleo permixta, et aqua, ſolet eſſe *Lithanthrax*.
Praecipuam illius ſpeciem dixere *Gagatem*,
Gangitem, *Electrum*, de ſucco nomen adeptum.
Illa polituri doctam non reſpuit artem:
Vndae iniecta natat: dat Hibernia, Gallia, nec non
Vittemberga probam: celebrem offert Anglia: Peuce (2)
Vt fragilem effodiat; diuturnaque tempora ferre
Non ſolitam, nigro mittit ſplendore nitentem.
Non medios montes, ſed promontoria, et illis
Adſita plana colit *carbo* hic, qui *foſſilis* audit.

Lignvm etiam nigrum, foetumque *bitumine* in imis
Inuenies terris. Id circulus annuus, ater,

(1) Cronsted, Mineralog. pag. 161.

(2) Pecs Quinque Eccleſiae, Nomen Vrbis vngaricum e *Peuce* Veterum eſſe videtur traductum.

Quique in *Petroleum* conuertitur vndique cortex,
Fibraeque in longum, rami in diuerſa patentes,
Lignum verum, oleo plenum, factumque bitumen
Oſtendunt. Anglis, Hollandis, Stiriacisque
Ducitur ex oris. Scintillis emicat ictum
Vi chalybis; tum ſuſtinet vna ardere, poliri.
Hepar Sulphureum nonnulli, propter odorem
Ligni huius ſpeciem quandam dixere: *Lithanthrax*
Fiſſilis a ligno forſan non diſcrepat iſto. (1)

Tvrfa eſt congeries radicum et ceſpitis; arcto
Particulas nexu complexa bituminis: albi eſt,
Flaui, at praeſertim nigri optima Turfa coloris.
Illa paludoſis ſerpit ſub ſentibus: illam
Vidimus in planis Szigethana ad moenia longe
Porrectis, dudum iniectum fouiſſe ſub vdis
Ignem dumetis. Innaſci montibus altis
Dicitur; at perraro. Vligine gaudet aquoſa. (2)

Fossile Sebvm album praefert, fuſcumue colorem:
Vndis immerſum natat: eſt id ſectile, pingue,
Mixtum argillae: oleo, quod praebet amygdala, ſolui
Se patitur; facili eſt ardore. Tirolis abundat
Hoc quoque naturae dono. Miſſum inde probauit
Bornivs illuſtri viſu, ingenio, arte, libroque.

Idria *Mercurium* rapere ignem, vrique paratum

(1) V. Klein, Sammlung. pag. 39. et 203.
(2) V. Klein, Sammlung. pag. 106.

Producit; qui quamquam olei virtute ſolutus
Hauddum vlla fuerit; nihilominus igne Phlogiſti
Praeditus, hanc ſubeat claſſem, quam laudo, neceſſe eſt.

§. XIX.

Vſus Phlogiſticorum.

Svlphvris in Pyrio, et vino celeberrimus vſus.
Fumo inſecta necat: ſed quorum corcula tangit
Granorum, pereunt: ſementem vt ferre recuſent.
Eſſeda feſtinant, pilenta, petorrita *Maltha*,
Et *pice montana. Hac*, Aſphaltoque vngere naues,
Mos fuit AEgypto, et condire cadauera quondam. (1)
Aſphalto vernix, Chinenſi forte futura
Non multo inferior Gallis nota arte paratur.
Carbo igni effoditur. Salſis quae prouenit vluis
Turfa, ſuas puro deponat in aere ſordes
Ante vſum: illius ne peſtifer halitus obſit.
Lignorum illa vicem ſic tuto explebit in igne.
Succinei vernix; *ambrae* laudantur odores.

Porro oleo, et ſuccis variis turgere *Phlogiſton*
Qui videt, has partes concedat oportet iisdem
E gemino regno, quod vita illuſtrat, adeſſe.

(1) V. Librvm V. de Illuſtribus Antiqu. AEdificiis. pag. 285.

PARS III.

CONTINENS RELIQVAS MINERALIVM SPECIES, TERRAS NEMPE, ET METALLA.

§. I.

III. MINERALIVM CLASSIS: TERRAE.

Notio Terrarum generatim.

QVAEVIS a Salibus diſtincta eſt, atque Phlogiſto
Terra: quia vnda, oleo, dirimi ſoluique recuſat.
Ignibus admotis flammam non concipit: ori,
Cum pura eſt, renuit veri dare ſigna ſaporis.
Illam cum nequeat producere malleus, et, quod
Cum grauitate nitor, qui commendare metalla
Adſolet, illi abſit, neque *regulus* igne coactus
Emicat e terra: tellus nequit eſſe metallum.
(Purior et medio feruentis in igne metalli
Splendidius reliquis candens pars Regulus audit)
Terra gerit nomen lapidis, quae dura friatur:

TERRAM illam proprie dices, quae puluerulenta eſt.
Haec etiam *Hortenſis*, cum nigra eſt, dicitur: at cum
Rubra eſt, nomen ei tribuunt ex vrbe Damaſci.
Verum has, et reliquas mixtas plerumque videmus.
Atque adeo in varias fas eſt diſponere claſſes. (1)

(1) V. LINN. Miner. Germ. Tom. IV. a pag. 425.

§. II.

Varii Terrarum Ordines.

TERRAM conſtituit tum maſſa domeſtica terrae,
Tum, qua mixta fere eſt, ſalium vis, atque Phlogiſti.
Terrarum ordinibus nomen dedit *Alcali* primum:
Deinde *Argilla*, *Silex*, ac demum *Fuſio* duplex.

§. III.

Ordo I. continens Terras Alcalinas. Earum notio generatim.

ALCALINIS geminas *Calx et Magneſia* terris
Adtribuit ſpecies. Salium conflare putantur
Mixtae acidis claſſem; ſed et his ſoluantur, oportet.

§. IV.

I. Alcalinarum ſpecies terra Calcarea.

TERRA ſuum nomen ducens a *Calce*, per ignem
Calx vera euadit: trahit humorem aeris: vnda,
Adfuſa efferuens, in partes diſſilit albas.
Duritiem recipit, cum permiſcetur arena.
Hanc Acidum ſi vitrioli terram vniat arcte,
Nomine dimiſſo veteri, *ſalis* illa *ſelenes*
Nomen conſequitur: crepitat, ſalit igne recepto.
Terra, politurae patiens calcarea, *marmor*

Dicitur; at quoties ſe ſuſtinet illa friari,
Creta eſt; diſtincta in ſpecies, vt cetera, plures.

§. V.

VARIAE CALCAREARVM TERRARVM.

Species. Creta. Marmor.

PVLVEREAM *Cretam* lac Lunae dicere mos eſt.
Iſta etiam *Aggarici* plerumque eſt nomine clara.
Nimirum genus eſt Cretae, quod pulueris albi,
Imo albae ſpeciem praefert teneraeque farinae.
Hanc de triticeo cenſebant farre medullam
Nonnulli, e coelo noua per miracula miſſam:
Nouimus et liquidam, quae lactis diffluat inſtar. (1)

CERVSSAM a creta diſtinguere rite neceſſe eſt.
Illam albae partes, quas *Plumbo* extraxit acetum,
Conſtituunt: pigmenta parat celeberrima, quondam
Nota Arabi et Graecis, nota, et cantata Latinis:
Candida, quae reliquo dant fundamenta colori. (2)

AT nos *Marmora* iam, Templorum pompa, theatri

(1) VALMONT de Bomare Mineral. pag. 78. 81. Tom 1. *Agaricus* mineralis. eius ſpecies 1. Lac Lunae, al. Lithomarga al. Morochus. al. nihil album. 2. Farina foſſilis &c. *Cronſted.* Miner. p. 13. Agaricus mineralis, al. terra calcarea pura. *Schwediſch blecke.*

(2) VALMONT *de Bomare*. Tom. 2. Miner. pag. 114. Schol.

Gloria, veſtibuli decus illuſtre, arce, foroque,
(Quae multos perdunt ſtatuarum, et nominis ergo) (1)
Ad ſe ſe aduertunt, et noſci e verſibus optant.

Optima particulis ſunt *marmora* quaeque minutis.
Oſtentant varium raſa, atque polita colorem.
Nobile *Marmor* erit (ne te deludere poſſint
Artificum fraudes) quod non ſcintillat ad ictum:
Si permixtum acidis ferueſcat; nilque relinquat,
Quando acido cedit, quod non ſit rite ſolutum:
Quodſi oculos viuo feriat ſplendore politum.
Vile eſt, intuitu primo quod pluribus auctum
Oſtendit ſe particulis aliunde petitis. (2)

At ſaepe adſcito permutat marmora fuco
Ingenioſa manus confingere docta colores,
Haec dein nec ſolem, nec longi temporis aeſtum,
Humoremue ferunt: omnem amiſſura nitorem.
Vitriolo auratas norunt inducere venas;
E cera viridi virides: e ſulphure, vino,
Sanguineque, et notis ſibi ſuccis indere luſus
Naturae varios; nec veras vendere merces.
Graeci etiam auratum per marmor ducere filum,
Et tamquam innatum cupido oſtentare ſolebant
Emtori: vtque color cognatis vndique cruſtis
Ire videretur, ſeriemque extendere belle,
Partibus exemtis lamellas ſubſtituere

(1) Lvcret. L. 3. p. 66.
(2) Gmelin in Linn. Germ. Tom. 1. pag. 361.

Marmore

Marmore deciſas alio; connexaque vinclis
Fruſta coegerunt alienae inſidere venae;
Ac tamquam fuco deformem inducere vultum. (1)

§. VI.

Aliae Calcarearvm Terrarvm species.

Spatum, Cryſtallus, Tophus &c.

Terrae non leuiter compactae, et calcis adeptae
Nomina cum rhombi comparent vndique forma,
Sunt *Spata*: tralucent quaedam, reperimus opaca
Nonnulla. Hic genus eſt quoddam geminare quod omne
Subiectum ſibi corpus amat: cum luce reflexa
E re ſubiecta ſpeculo, quam cernere malis,
Traductaque *ſpati* a medio pupilla feritur.

Hoc genus haud rarum *Cryſtallum Islandia* dixit,
Cum primum reperit, quod ei iam nomen adhaeſit.
Adtritum, Electri vim concipit: attamen haec vis
In calido abſcedit; frigus, quo ſe exerat, ambit. (2)

Qvam varia Hungariae, calcaria terra, fodinas
Cryſtalli forma repleat, Muſaea loquantur;

(1) Linn. Germ. Mineralog. Tom. 1. a p. 362.
(2) Linn. Germ. Miner. Tom. 1. p. 428.

Borninique libri, Scopolini, et Deliliani. (1)

Tophus, aquas intra reſidens, calcarea terra eſt;
Atque Stalactites, humore per aera guttas
Formante, in varias ſolitus concreſcere formas.
Quaere haec in thermis, montanorumque cauernis.

§. VII.

Reliquae Calcarearum Species:

Gypſum, Alabaſtrum, Marga, &c.

Vitrioli ex acido partes calcarea quaeuis
Terra indepta, gerit diuerſi nomina *Gypſi.*
Haec inter durata, *Alabaſtrum* eſt nobile, flauo,
Alboue, ac vario pellucens ſaepe colore.
(Atque adeo non ſemper ineſt color albus eidem.) (2)

(1 Celebr. Scopoli Anton. In Cryſtallographia Hungar. Edit. Pragens. 1776. Parte. 1. praef. Vix credo, in hoc orbe terrarum alias eſſe fodinas, quae maiori omnis generis cryſtallorum copia abundent, ac Schemnicz ienſes inferioris Hungariae. *Ait ibid* pag. 2. Exhiberi a ſe *cryſtallos indolis terreae* in tres ordines diſtributas; quorum primus *Calcarias*, alter *Gypſeas*, tertius vero *Siliceas*, ſeu quarzozas complectitur, cum iconibus. Singuli hi ordines diſtribuuntur a pag. 1. ad finem operis, in cryſtallos tuberoſas, fibroſas, turritas, lamelloſas, rhombeas, nauiformes, peltatas, cubicas, hexagonas, pyramidatas, priſmaticas. &c.

(2) Linn. Miner. Germ. Tom. 1. pag. 413.

Nobile de tellure recens cum educitur, in ſe
Cultellum facile admittit, globuloſque minutos
Connexos pulcra ſerie oſtentare videtur.
Etſi autem lucem tranſmittat ſaepius; arte
Quacunque id polias, non ſplendet marmoris inſtar. (1)
A quo *Alabaſtriten*, cui ſtyria, fibraque laudes
Contexit, paucis fas eſt diſtinguere ſignis.

GYPSVM a *Cryſtallo* nomen variasque figuras
Nactum rhomborum, queis angulus vndique praeſit,
(Aut alias referat Scopolino e codice formas)
Gypſum praeterea *Glacies* (qua ſorte *Mariae*
Eſt etiam *Glacies* pellucida) pluraque, fruſtra
Quae in numerum cogam, ſpectantur in ordine gypſi. (2)

ARGILLAM adnectens in ſe Calcarea terra
MARGA eſt: humores calcis ritu illa peruſta
Adtrahit: in partes minimas abit, atque caloris,
Feruoriſque (iniecta acidis) dat ſigna repente.

§. VIII.

Vſus Terrarum Calcarearum.

QVID memorem calcis notum vulgo omnibus vſum?
Purgat Mercurium, et mel dulcis Arundinis Indae.

(1) LINN. Min. Germ. Tom. 1. pag. 413. 414. KLEIN. Saml. p. 40. ait *Alabaſtrum* album reperiri ad Tſevár non longe Atſa et gypſum. &c.

(2) TERRA calcarea phlogiſtica pura eſt LAPIS SVILLVS foetens. V. PILLER pag. 27. et 28.

Illam adhibet varie tinctorque, ac cerdo, metalli
Cuſor item: ſimus et ſtatuae de marmore fiunt.
Cumque vſu crebro ſe ſe commendet, in orbe
Diffuſa eſt toto paſſim calcarea terra.
Oſſibus inſidet haec animati corporis, imo
Cuiuſuis pariter plantae eſt innexa medullis. (1)
Marmoreae ſimiles gypſus dat ſape columnas.
Per laqueare, illo, nitide phragmitis arundo
Nectitur: Angli audent hortos conſpergere gypſo,
Conciliantque oleri dulces hoc puluere ſuccos.
Iuuerit et ſteriles, aiunt, diffundere in agros. (2)
Denique contuſus, tenerae vt niueaeque farinae
Fiat conſimilis, Cyprii belle exprimit vſum
Pulueris, in fictis pariter verisque capillis. (3)
Marga fimat terras, verum vſu haec diſce magiſtro. (4)

§. IX.

II^da^. Terrarvm Alcalinarvm Species.

Magneſia mineralis.

Terra, cui nomen fecit *Magneſia*, ſolui;
Efferuere acidis: vitrumque, ſalesque colore
Gemmarum (5) imbuere: Auſtriacos, Italosque replere,

(1) Cronsted. Mineral. pag. 13.
(2) Phytologicon. part. I. ſ. XV. fin. pag. 22.
(3) Linn. Miner. Germ. Tom. 1. a p. 361.
(4) V. Piller: pag. 28.
(5) Amethystino praeſertim colore.

Nec non Hungaricos fines ſolet: Illa metallum eſt
Forte, quia euoluit ſe Regulus inde per ignem. (1)

§. X.

II^{dus} ORDO TERRARVM, CONTINENS

Terras ſiliceas. Notio Silicum generica. Vbi et de Arena.

PRIMI, imo puri generis fortaſſe vocanda eſt
Terra SILEX. (2) Ignem vehementem ſuſtinet: omnes
Duritie ſuperat terras: cumque *Alcali* fixo
Miſcetur, VITRI adſumit cum nomine formam.
Scintillat Chalybe icta: calet contrita, leuesque
Nonnunquam adſorbet paleas: acido addita raro
Ferueſcit: candente autem fornace ſoluta,
Ignem concipit ex liquidarum aſpergine aquarum; (3)
Et candet. Quatuor ſpecies hac claſſe tenentur:
Quarzum nempe, *ſilex* proprie, *Iaspisque*, *ſpatumque*
Scintillans. Paucis deſcribam ſingula metris.
Atque in notitiam nullo circumlita fuco
Vertam, Muſaeo contingens cuncta lepore. (4)

AD maria et riuos ſparſas per littus ARENAS
Paſſim principio dederit natura; nec vnquam

(1) De REGVLO C. Oryctol. part. III. §. 1.
(2) V. ORYCTOL. Part. I. §. III.
(3) OVID. Metamorph. L. 6. p. 270.
(4) LVCRET. cum Antid. L. 1. p. 39. et L. 2. p. 65.

Deſiit abraſis cumulare e rupibus. Huc, et
Cum glarea, ſabulum, et tenues coniunge nitellas. (1)

§. XI.

I^ma ſpecies Terrarum Silicearum. QVARZA.

QVARZVM eſt terra Silex, quae nunquam, pura, fatiſcit
Aeris adlapſu: diffracta, per extima partis
Cuiusque, exertas acies, fractique figuras
Vitri, aut cryſtalli ſolet oſtentare. Duae ſunt
Hic rurſum ſpecies: commune, et nobile Quarzum.

§. XII.

Quarza Nobilia, ſeu Gemmae: Adamas: Rubinus, Carbunculus, Saphirus.

NOBILIVM Claſſem Quarza ornant, luce, nitore,
Duritieque ſua pretium vndique nobile nactae,
Pellucent (ea vis aqua Gemmae dicitur) omnes
Duritieque, ac luce ADAMAS (plerumque coloris
Albi eſt) exuperat: maſtichen adtrahit atrum:
Adtritus panno tenebris ſcintillat in altis.
Euolat igne foci, quem vitra dioptrica nectunt;
Quique illi eſt ſimilis. Qui maior, purior, idem
Maioris pretii eſt. Species, quae nota frequenti
Vulgo vſu eſt, Braſila eſt. Solis ſurgentis in Oris
Dotibus omnigenis *Adamas* ſupereminet omnes.

(1) MITTERPACH. Oeconom. Tom. 1. pag. 207.

SECVLA fluxerunt nondum omni ex parte quaterna,
Quod manus ingenioſa *Adamantem* eſt auſa polire.
Multorum pretium non aequant millia centum
Ducta decem vicibus quartam in partem vnius aurei.
Poſſidet hos Gallus, Luſitanus, Ruſſus, et Indus.
Et quorum, in numerum longum eſſet regna referre. (1)

DVRITIEM praefert gemma haec perſaepe RVBINI;
Atque *ſaphirorum* compacta mole minorem.

NOBIS Marmatico de tractu et nomine notus
Pſeudoadamas, terrae, glareaeque eſt incola: molis
Permodicae: Europam pene omnem plurimus ornat. (2)

DVRITIES permagna, color ruber eſſe RVBINO
Adſolet: e ſummo non euolat igne; per illum
Molliri ſolitus, veterique rubere colore.
Grandi, et ſanguineo nomen CARBVNCVLVS indit.

CAERVLEA, et clare perlucens gemma *Saphiri* eſt.
Duritie Hungarici pollere minore videntur,
Quam reliqui; praeſertim Oriens quos mittit in orbem.(3)

(1) V. LINN. Miner. Germ. Tom. 2. p. 271. 277.

(2) V. LINN. Miner. Germ. Tom. 2. p. 26. KLEIN Samlung p. 37. Man findet in Geshpanſchaft Marmaruſch. &c.

(3) KLEIN Sammlung. p. 36. Huc pertinet Luxſaphirus. Species Saphiri aliis *Pumex vitreus* Linnei. al. Pumex Vulcani. Inuenitur ad Tokainum.

§. XIII.

Reliquae nobilium Quarzorum ſpecies: Smaragdus, Turmalinus, Chryſolithus, Hiacynthus, Granatus, Amethyſtus, Cryſtallus. &c.

Ignevs in viridi color elucere *ſmaragdo*
Cernitur: at calefactus eam dimittere formam, et
Caerulea mutare ſolet; ſed quam tamen igni
Extractus, rurſum viridi commutat auita.
Id quod Tvrmaleo Braſilo non euenit; etſi
Hunc viror oſtendat vero ſimilem eſſe ſmaragdo.
Phoſphorus illuſtrat calefactum rite *ſmaragdum:*
Nobilis haec inter reliquas molliſſima gemmas. (1)
Tvrmaleo calido vis eſt Electrica, ſugit
Ad ſe ſe cineres: pellucet, ſunt et opaci. (2)

Perlvcet flauo plerumpue Topasivs: is, quem
Quarzo a Cryſtalli diſtingues rite colore.
A Braſilis veniunt gemmae hae quandoque rubentes,
Inſunt natiuo vt Cryſtallo priſmata ſaepe. (3)

Caervlea, et viridi accedens eſt gemma Berilli.

Gemma marina ab aqva nomen ſortita, *Berillo,*
Iſte *Topaſitis* ſe adiungere iure videtur. (4)

(1) Cronsted. Mineral. pag. 55.
(2) Cronsted. Miner. Pag. 57.
(3) Cronsted. Miner. Pag. 54.
(4) Cronsted. Miner. Pag. 55.

Chrysolithvs flauam in viridi formam exhibet: ignì
Tollendam. Olli durities modica eſſe videtur.

Dvm rubet, vna aliquid de flauo Hiacynthvs habere, et
Diſtingui a Quarzo non translucente, notetur.

Granatvm rubro ſaturae, violisque propinquae
Commendant formae: flamma vehemente liqueſcit;
At nullo mutare ſolet tamen igne colorem.
In pretio eſt, quicunque venit tellure Bohema.
Hungarici *exiles: oriens decedit vtrique.*
Gemma iſthaec ictu chalybis ſcintillat; id autem
Quamquam perſimili proprium ne crede *Baſalti.*

A violis varie mixtis Amethystina gemma
Formam habet: illa fugax eſt; vim non ſuſtinet ignis.
Crystallo varias deprendimus eſſe figuras:
Quod mirere, globos imitantur, luce, colore
Diuerſo gaudent: nec nomine ſemper eodem.

§. XIV.

Quarza ignobilia. Vſus Quarzorum.

Haec de nobilibus *Quarzis.* Communia terras
Ad ſilicis reliquas referunt inſignia, dudum
Iam memorata, et nobilium non praedita ſignis. (1)

Haec vitris ſeruire ſolent, vaſisque parandis

(1) V. Piller. pag. 35.

Encauſtis. Adamas quantumuis vilior, vno
Vitra ſecat ductu: ſed gemmis crebrior vſus
In luxu. Ille vni inducit patrimonia filo.

§. XV.

II. Species Terrarum Silicearum: Silices proprie: et Gemmae huc pertinentes.

In Silicvm extremis translucens lamina fruſtis
Adparet; verum tenui, obſcuroque meatu
Luminis (2) Id cunctis Gemmis hac claſſe notandis
(Si tamen et Silices liceat mihi dicere Gemmas)
Eſt proprium, Huc Opalvm, qui noſtram maximus ornat
Hungariam, adnumera. Radios qua parte reflectit,
Parce tralucet; tralucendoque, colorem
Ex imo variat fundo: pellucidus idem eſt
Tranſmiſſis radiis. Reliquis pretioſior is, qui
Ex Oriente venit; nulla arte imitabilis ille eſt.
Tralucere *Opalos* in aqua, videre periti
Nonnullos. Huc *Pſeudo opalum*, gemmamque minorem
Lentibus aut Piſis (*Lapidis mutabilis* illa,
Atque *oculi mundi* nomen tenet) eſſe putabant
Accenſendum aliqui. Verum haec incerta fatemur.
Hos etenim ſub aqua quamquam traiectio lucis
Commendet; ſitque Hungaricis ea gaza fodinis
Non ignota; abſunt *Opalorum* inſignia plura. (2)

(1) Sic *Semidiaphana* deſcribimus.

(2) Linn. Miner. Germ. Tom. 1. pag. 549. Cronsted. Miner. pag. 68. Piller p. 37. *Pſeudoopalus* aliis oculus cati.

Carneolo carnis color eſt, aut ſanguinis: eius
Etſi lux niteat; plane non tranſmeat: vt iam
Exceptis Opalis de cunctis dicere dudum
Me gemmis memini. Has ſi fas eſt dicere gemmas.
Carneolum placuit nonnullis dicere Sardvm. (1)

Cvm non tranſmittat lucem Chrysoprasvs; imo
Non Quarzi verum Silicis ſigna omnia geſtet,
In ſilicum eſt numero: pallet, flauetque, viretque.

Hoc eſt terrae etiam proprium Chalcedonis, vna
Excepta *forma*, *quae caerula*, lactea, *nec non*
Vno etiam in fruſto varia eſt. *Stillam* eſſe putares
Multiplices guttas delabentesque referre
Viſam. Ea in Hungaria ferrum inter, lignaque, petras
Mentita occurrit. Gutta vndae incluſa notatur
Huic Italum ſilici. Cryſtallorum aemula ſaepe eſt.

E vario concreuit Onyx ſtrato, atque colore.
Illius venas aequali tramite flecti
In rectum, aut curuum licet obſeruare: reiecto
Nomine communi, cum centrum plurimus ambit
Circulus, a Memphi *Memphitis* nomen adoptat. (2)
Sardonychen Onychis ſpeciem fors dicere fas eſt. (3)

(1) Linn. Min. Germ. Tom. 1. p. 566.

(2) Cronsted, Miner. pag. 69.

(3) Cronsted. Miner. p 71. Wider meinen Willen habe ich den Sardonyx als eine beſondere gattung anſehen müſſen; indem man zwiſchen dem Onyx, Carneol, Chalcedon, vnd Agath kein eigentliches vnterſchiedungstzeichen hat; einige vnbeſtimmte ſtuffen in der harte ausgenommen.

Est varius color, et nullius Legis Achati.
Diſſimilis Pyrio ſilici, ſimilisque videtur (1)
Ignibus et vitris adhibendo. Cetera turba
Pyxidibus, digitis, collo ornamenta miniſtrat.

§. XVI.

III. Species Terrarum Silicearum Iaspis.

Iaspis opacorum ſilicum genus, et varia ſe
Commendat forma, et minimis per fruſta nitellis;
Quales in ſiccis argillis cernere poſſis.
Promtius, ac reliquae gemmae, diſſoluitur igne. (2)

Corneus ille *lapis*, cui nomen Petra Silexqve
Indidit, haud prorſus differt a Iaſpide multum.

§. XVII.

IV. Species Terr. Silicearum Spatvm Scintillans.

Scintillare Spatvm Chalybis vi, aut ex acidorum
Vi feruere ſolet; formam praeferre ſpatoſam.
Eſt id calce ſilex mixtus: vehementior ignis
Mutat id in calcem. Dacis reperitur in oris.

Granites prorſus diuerſos ferre colores
Adſueti, genus hoc cum *Labradoribus* ornant. (3)

---

(1) Pyrivs Silex al. pyromachus, qui ſcintillat ad ictum chalybis.

(2) Cronsted. Miner. p. 76. V. Piller p. 39. 41.

(3) V. Piller p. 42.

§. XVIII.

III. Ordo Terrarum, continens Argillas. Species eius Plaſtica, Porcellana. Smectis.

ARGILLA eſt terra, ex igni quae durior exit.
Plaſtica mollitur per aquas, fit lenta, tenaxque:
Illius in tegulis vulgo eſt notiſſimus vſus.
Vſta rubere ſolet: ſolet et flauere ſubinde.

PORCELLANA ſuum non mutat in igne colorem:
Accedit vitro flammis vehementer aduſta:
Scintillas ictu chalybis iacit: albet, et imis
Fracta ea particulis ſplendens, aut arida; talis
Chinenſes, Iaponesque ſolet laudare figura.
Argillae ſilici, ſalibus, quarzoque reuinctae,
Et pingui adiutae maſſa, vt Cronſtedius addit, (1)
Porcellanae omnes abſoluunt vndique dotes.
Noſtra minus vitro accedit: pinguedine tactum
Adficit, vt SMECTIS. Vndam haec non imbibit: albo
Praedita vel fuſco, rubro, viridiue colore.
Bolum ceruſſae iam rubrae nomen adeptum
Fruſtra huc adnumeres: vndas auide imbibit ille.

§. XIX.

Reliquae Argillae ſpecies Lithomorga &c.

CVM crepitu per aquam ſolui *Lithomarga* notatur.
Saponum lapides, Keſekil, quam dicere ſpumam

(1) CRONSTED. Mineral. pag. 111.

Vulgus amat, Claſſe hac, et *Lemnia terra* tenetur.
Fullonum terra, eſt pannos fabricantibus apta:
Sorbet aquam, tumet inde, manum pinguedine tangit.

Bolvs in igne niger ſuctu magnetis agendas
Edit particulas: carbonum polline mixtus
Foſſilibus variis dat idonea vaſa liquandis.

Sectilis eſt Schistvs, nigri, alteriuſue coloris.
Seruit ſcripturis, tectis, lydoque lapillo.
Vt ſine iactura longas latasque tabellas
E terra effodias, Gmellini ſcripta ſequare. (1)

Lamnis flexilibus Mica eſt; et lubrica: findi
In tabulas tenues ſolet, ac ſeruire feneſtrae
Nauali. Spernunt ſaluae quemcunque fragorem.
Huic natale ſolum Rhutena Sibiria, noſtrae
Permodicis fruſtis, quarzo, argillaue tenentur.

Avri autem, argenti, et reliqui quae *Mica* Metalli
Dicitur, humorem de ſcriptis imbibit vdis.

Argillae pinguis ſpecies, ac lubrica, *Talcum* eſt.
Contemnit pleroſque focos: fit durius igne.

Hvic et dicendis mox terris inſita quaedam eſt
Pars *Muriae*, vt ſupra laudatas miſcet *alumen*.

Terra *ſteatites* pinguis, variique coloris:

(1) Gmelin. in Linn. Miner. Germ. Tom. 1. pag. 332.

Ignem non metuit: diuturno tempore lymphas
Duritie vincit: varioque aptiſſima torno eſt.
Inde ſua idolis forma eſt Chinenſibus. Huic eſt
Duritie ſimilis, ſed forma marmoris, illa,
Quae integros montes terra occupat, atque Baſalte,
Plena ac Asbeſto *Serpentis* nomine clara eſt.

FORMA *Molybdenae et Plumbaginis* eſſe videtur
Plumbo confinis: tactum inquinat vtraque. Quanto
Interuallo abſint, acidis oſtenditur. Iſtis
Vt *plumbago* ſolet, ſic non ſolet altera terrae
Cuique Molybdenae ſtatus eſt, argilla carere.

ASBESTVS conſtat filis, quae texere poſſis;
Saepe etiam corio, membranis, atque papyro.
Dici *Amianthus* amat: dant hunc Carni atque Bohemi.
Dat *Gömörenorum* non paruae *Topſchina* famae. (1)
Cum ſaxi praefert formam, contunditur, vndae,
(Quae lixiuia ſit praeſertim de cinere olim
Deiectae quercus) immergitur: obtinet illic
Fila manu facili quae poſſit carpere textor. (2)

TERRA, cui *Tripolis* nomen tribuiſſe putatur,
Non mollitur aquis, quas imbibit arida: cretam
Deguſtata, ſapit: duriſſima quaeque polire
Adſolet: hunc vſum praeſtare argilla videtur
Aridior quaeuis, ignes experta potentes.

(1) BELI Compend. pag. 228. KLEIN Saml. p. 105.

(2) LINN. Min. Ger. T. 1. p. 470.

§. XX.

IV. Ordo Terrarum, continens Terras Fuſorias, et Fuſibiles.

Hactenvs Argillae. Quibus autem Fvsio terris
Nomen conciliat, duplici ſunt ordine; nempe:

Terra igni ſolui renuens, connexaque terris
Ad flammam reliquis, ſolui, atque liqueſcere cogens
Connexam ſibi materiem, Fvsoria dici
Adſolet: huic nomen porro impoſuere *Fluori.*
A terris reliquis adſcitum continet in ſe
Nonnihil; at propria eſt vis, quam deſcripſimus. Angli
Hacce Metallurgis tam cara merce triumphant.
Per noſtrum Imperium raris reperitur in oris. (1)

Altera claſſis habet *Scorillum*, cumque *Baſalte*,
Et cum *Lazuleo*, *ſpurios*, *piceosque* lapillos.

Omnes hi in vitrum aut ſcoriam vertuntur in igne.

Scorillvm quaere in cryſtallis: vitrioli ſe
Adiungens acido purgat ſalis inſtar amari.

Tvrmalevm hic duplex. Species, quam ſecula noſtra
Inuenere, inſtar Magnetis parte repellit

(1) V. Piller. Mineral. pag. 48.

Corpora;

Corpora; parte trahit: ſpecies vero altera fundi
In vitrum fragile ac album patiturque ſoletque. (1)

Caervla Lazvlo ineſt forma, et manſura ſub igne:
Inde color teritur formae non diſpar eidem.
Cuprum, ignorantes, hac poſſet ludere larua.

Hvngaricas *ſpurius* Granatvs plurimus oras
Inſidet: hos ritu Cryſtallorum angulus ambit
Vndique: ſunt rubro, nigro, violaeue colore.

Ordo columnarum decies ter mille, repleuit
Hibernos: illae octo pedes infraque ſupraque
Tellurem complectuntur; nec pertica molem
In latum exaequat multo minor. Ecce Basaltis
Effigiem. Similes regna oſtentare columnas
Plura ſolent: nigrae hae terrae, fuſcaeue, videntur
Igniuomi montis ructus, et ſaxa fuiſſe
Horrendo tonitru liquefacta, eiectaque longe.
Fluxiſſe hos cumulos ignis virtute, reperti
Oſtendunt in eis ſilices, et ferrum, et alumen.

Vidimvs vndantem ruptis fornacibus AEtnam,
Flammarumque globos, liquefactaque voluere ſaxa. (2)
AEtnae conſimiles, Priſcos vidiſſe, ſuoque
Expertos damno, teſtantur plurima paſſim

(1) Turmalinum hoc duplex, aliter Zeolithvs. V. Piller p. 50. 51. et Linn. Germ. Tom. 2. p. 143. et. Tom. 4. p. 246. 257.
(2) Virgil. Georgic. L. 1.

Oſtia, praeruptis viſenda in montibus, olim
Mille globis, orci flammam eructantis ab imo
Horrida; nunc atris tantum oſtendentia cruſtis
Priſci ſigna mali, et veteris documenta furoris. (1)

Sparsa locis variis quae ſunt fragmenta *Baſaltis*,
Nominibus variis maſſae nectuntur eidem. (2)

Mvtata in petram mentitur corpora petra,
Cui nomen Lapidis Picei affinxere Magiſtri.
Cruſta perſimili Cretae, veſtitur; in imis
Fragminibus vulgo vitri inſtar ſplendicat: ignem
Atque calorem omnem refugit; varioque colore,
Et tranſmiſſa luce nitet: color vnicus ille eſt
Fruſtro vni: *Hontenſes*, Gömörenſes, pluraque paſſim
Hungariae loca congerie hac telluris abundant.

§. X X I.

IV. Mineralivm Classis, continens Metalla.

Notio Mettallorum generatim.

Qvos amet argentum montes, quos incolat aurum,
Quam varius, mirusque labor, ſeu quaerere, ſeu iam

(1) V. Cronsted. Miner. pag. 87. e Bibl. Mitterp.

(2) Lettres ſur la Mineralogie par M. Ferber à Born. Strasbourg. pag. 68. de Vulcaniis Vicentinis, et Veronens. Ibid. p. 77. Mr. Raspe a même adreſsé à la ſocieté littéraire de Londres un

ORSZ. SZÉCHÉNYI KÖNYVTÁR

Inuentum in lucem cupias proferre METALLVM
BARTAKOVITS cecinit metro, quod fama ſuperſtes
Nunquam ceſſabit merita praecingere lauro.
Nos non ſola vocant auri, argentique metalla:
Omnibus ex aequo labor impendendus, et acri
Perluſtranda oculo cuiuſuis maſſa METALLI:
Ordinibus figenda ſuis, et claſſe notanda.

HOC genus, et grauitas, quae cetera corpora vincat
Foſſilium, propriusque nitor commendat; vt et Sal,
Arte, acido permixtus ei, quod Foſſile dicunt;
Quodque adeo maſſam generat, cui cauſtica ſit vis.
Signa haec non gremio noris propria eſſe METALLI;
Sed quod natiuum eſt, cunasque reliquerit illas.

EST quaedam calcis ſpecies, cognata *metallis*,
Quae vis nimirum ſoluit vehementior ignis.
Nobile non ſolet in calcem hanc tranſire METALLVM:
Talia ſunt: *Aurum*, *Platina*, *Argentumque*: viciſſim
Dote carent illa *Plumbum*, *Stannumque*, *Cuprumque*.

MERCVRIO excepto ſoluit ſolidum omne Metallum
Vis ignis; cuius varium, diuerſa requirunt
Non alio ſoluenda, gradum. Perfecta METALLA

traité ſur les montagnes de Baſalte en colonnes de ſon pays, dans lequel il ſoutient avec aſſez de probabilité, qu'elles doivent leur origine à une matiere, qui, après avoir été miſe en fuſion par les feux ſouterrains, a adopté une figure de colonne. DEIN probatur vehementiam ignis non obſtare regulari cryſtallizationi, quae in iis columnis reperitur.

Malleus extendit; contra, imperfecta ſub ictu
Diſſiliunt; duci in longum, latumque recuſant.
Aurum cum *Platina*, *Argentum*, *Stannumque*, *Cuprumque*
Plumbum cum *Ferro* dici perfecta merentur;
Cetera de genere hoc ſunt imperfecta Metalla (1)

Omnia cum reperis, *natiua* haec, aut ſine *laruis*
Nuda, vel in laruae gremio recubantia cernes;
Et ſignis inſtructa ſuis. *Laruam* auferet ignis.
Sulphur matrici infixum nota euolat arte.

Invenienda ſtatu in vario diuerſa *Metalla*,
Nomen habent, nimirum a *Laruis*, *Calce*, *Mineris*. (2)

Nativvm dices, quod citra vſum vllius artis
Tale eſt, quale artis, de matrice obtinet vſus.

§. XXII.

Perfecta et Nobilia Metalla: Aurum. Argentum.

Avrvm nobilium princeps, grauitate *Metalla*
Excepta ſuperat Platina: eſt id ductile, flauum;
Quod non mutet aquae vis vlla, aut aeris: ignem
Communem minime metuit, ſolum opticus illud

(1) Vel, Semimetalla. Vtrumque eſt nomen iisdem.

(2) Piller p. 54. Quocunque in ſtatu ſit maſſa *compoſita*, dici ſolet *minera metallica*.

Diſſoluit: liquido color adſolet eſſe marinus.
Mutum eſt, non tinnit: fert rubrum in vitra colorem.
Natiuum vt granum, aut puluis matrice tenetur:
Praebet id hac forma *Stibium*, *Calcarea*, *Quarzum.*
Laruatum argento in rubro reperitur, et albo.
Saepe id nigra tegit *Larua* (illam detrahit ignis,
Soluitque illaeſa maſſa auri) ſaepe *pyrites.*
Inque Molybdenae larua illud forte repertum eſt. (1)
Pannonicum varie adparet, totumque per orbem
Noſtrorum illuſtrat felicia nomina Regum. (2)

Esse Nagyágenſis toto celeberrima mundo
Proprietas auri merito perhibetur; in illo
Nullum ſe oſtendit ſignum matricis; at illud
E norma a celebri *Pillero* expende ſtatuta. (3)

Dvm pretio foetam ſobolem foſſor legit, illi
(Iucundum, terraeque rudis mirabile donum!)
Diuiſa in tenues ramos dumetula, plena
Saepe *Auro* adparent. Prorſus pretioſa vepreta;
Ne color imponat porro illi, liuidus ille
Sit licet, et plumbo ſimilis, tamen optima vincet

(1) *Klein* Saml. pag. 4.

(2) Cronsted Mineral. pag. 178. Der gröſste theil des Goldes kömmt nach Europa aus Chili, und Peru in Amerika, etwas aus China und von den Afrikaniſchen küſten. Unter den Europäiſchen Ländern hat Ungarn die vorzüglichſten Goldgruben, darnach Saltzburg. &c.

(3) Piller Mineral. pag. 54. 55.

Pondera, ſubiecto poſtquam vndans igne catinus
Sulphuream exuret peſtem, maſſamque reſoluet.

Possvmvs abſconſum varie praeſcire *metallum.*
Nimirum argillae cretoſa nigredo tenacis,
Venaque fulgentis *Stibii*, *miniique* rubentis
Sunt plerumque *auri*, vt memorant, praeſagia fului. (1)

Menstrva vis in aqua eſt, quam *Regis* nomine dicunt.
Illa *aurum* ſoluit; quod idem certa arte parata
Praeſtat *fortis aquae* virtus. Tractanda tamen res
Caute erit: vt, cum fortis aquae vis ſeparet *aurum*,
Argentumque, id dum remouet, non diſſipet vna.

Olim Antillanos merito haec ſententia totos
Abripuit: dono duntaxat Numinis aurum
Poſſe capi: Ergo prius, quam foetae viſcera terrae;
Vel potius, pro more ſuo, torrentis arenas,
Et ſabulum monti adfuſum perquirere vulgo
Fas eſſet, coeli largos per vota fauores
Poſcere ieiuni noctesque diesque ſolebant.
Res fruſtra (Hiſpanis prona indulgentia Diuum
Vt ſimili pacto fieret) tentata Columbo eſt. (2)

Qvantvm Avri Americae vaſtiſſima Regna, *Peruque et*
Mexica cumprimis, populo, cum irrumperet, illi

(1) V. Bartakovits Metallurgie. pag. 26.

(2) Charlevoix Hiſtoire de l'Isle Eſpagnole. Tom. 1. pag. 61.

Praebuerint: ſtatuas, idola, palatia, templa,
Ceteraque obryzi cruſtis fulgentia, plene
Cum Garcillaſſo, et Solio, deſcripſit Acoſta. (1)
Egregios Staii hinc nequeo ſecludere verſus.
Cum primum inuentum eſt, inquit, mortalibus aurum,
Fulua putabatur tantum rutilique coloris
Res: ſiquidem prius eſt oculis quam cognita tactu.
Quae dein et manibus tractata, grauiſſima multo
Deprenſa ante alias, ſed non ita dura; ſub ictu
Nam potuit valido ferri in quaſcunque figuras,
Deduci facile, et flexu quocunque plicari.
Tempore poſt aliquo paulatim his addita quaedam:
Nam labefactari, validisque liqueſcere flammis
Conſpectum eſt aurum, quin partem amitteret igne,
Poſt flammas et idem pondus ſeruare rapaces.
Quin etiam nulla purum rubigine tingi.
Extudit hoc tum ſera dies, candente receptum
Vt lympha, Regis quam pulcro nomine dicunt
Aurum ſoluatur paulatim, oculisque manuque
Mixtum ab ea nequeat ſecerni, immiſeris at ſi
Forte ſalem, magno ſe pulueris agmine deorſum
Praecipitat ſubito, vinclisque tenacibus exit. (2)

Proximus *Argento* locus eſto. Panditur aeque
In longum et latum ferme inſtar ductilis auri.

(1) Garcillasso Hiſtoire des Incas. Ex Bibl. Mitterp. pag. 2. Tom. 2. *Anton. Solis* Hiſt. Mexic. a p. 143. cet. Acosta. Hiſtoire des Indes. L. 3. a p. 110. &c.

(2) Bened. Stay Philoſophiae recentioris L. 1. pag. 23.

Albus ei color eſt: maſſam illius vnda, vel aer
Non mutat: valido illa diu non diſluit igne.
Cum fuſum eſt, partem nonnullam amittere ſueuit.
Sulphur ei rubrum mox nigrum adflare colorem
Deprendes, imo quiddam de ſulphure mixtum
Saepe in ſe nectit: matrix argilla, pyrites,
Quarzum, et calx nudi, et natiui eſt: ſaepe figuram
Lamellae, rami, globuli, arboris, atque capilli
Induit: Hungaricae, Freibergenſesque fodinae
Saxonidum, nec non iuga Dacica, et Auſtria dono
Hoc quoque naturae nimium felicis abundant.

Svnt propriae *Argenti* (ſolita vtar voce) *Minerae*,
Quae genere hoc turgent, vitreum, rubrumque, nigrumque
Atque album argentum; nec non quod ſigna notarunt
Clara Metallurgis, cineris, plumae, atque capilli.
Vitrioli, nitriue acido diſſoluitur: arte
Haec acida argento eliciunt quandoque lapillum
Inferno et ſtygio Chirurgis nomine notum.

§. XXIII.

Loca natiua Auri, et Argenti.

Porro quem ſtimulat pretioſae gloria meſſis,
Effoſoque ſtudes diteſcere quisquis ab auro,
A teneris tecti diſce obſeruare metalli
Signa, auri cupidos nunquam fallentia Croeſos.
Ipſa loci facies, et fociti montis imago

Exterior monet, armatoque ligone Colono
Non dubiis rimanda offert ſua viſcera ſignis.
Quae pretio (explorata loquor) plaga montis abundat,
Diuitiis contenta ſuis rara arbore gaudet,
Hoſpitiumque negat radicibus, aurea tantum
Oua calens fouet, et foetu meliore ſuperbit. (r)
Si qua etiam infelix fato cogatur iniquo
Sola metalliferis habitare in montibus arbos,
Surgere aduſta, nequit ramis felicibus, atro
Tincta colore calet, fortunamque increpat ardens.
Scilicet adfligunt miſeram, tenuesque medullas
Vrunt ſulphurei foeda pinguedine ſucci.

Si lapis adtritus contingat ſulphure nares,
Spem faciat peregrinus odor; ſi gramina paſſim
Languida, vix ſumnas aequent telluris arenas,
Si nunquam aeriis ſoleant albere pruinis,
Excutiantque niues, animo cape gaudia foſſor,
Et terrae felicis opes iam rere propinquas.
Continuo his prodit ſignis natura labores
Sub tellure ſuos, effertque in luminis auras,
Non ſaxis defenſa ſus, non tuta latebris,
Fors nunquam aethereas tenuis vapor exit in oras,
Quin ſecum abraſi rapiat ſegmenta metalli,
Quae dein telluri, aut herbis, aut denique ſaxis
Illinat, et ſpecie peregrina gramen inumbret.
Vidit inauratam quoties terra Vngara virgam!

(r) BARTAKOV. Metallurg. Verum his PILLERVS noſter non vsquequaque ſubſcribit.

Non ſua miratus quoties pigmenta racemus!
Et, qua Creta ſuas centum iaſtauerat vrbes,
Mons olim aurata fuerat celeberrimus herba,
Caprarum fuluo quae tinxerit ora colore,
Cum victu immemores paſcuntur nobilis herbae. (1)

Sed non vlla adeo fuluas telluris arenas
Res prodit, quam lenta fluens e montibus vnda.
Haud dubia innumeris exercita curſibus adfert
Signa metallorum ſterili ſub colle latentum.
Principio inſipidus, gelidisque argenteus vndis
Fons erit, et mira curret leuitate per agros;
Dum fodies, ſenſimque iugi interiora ſubibis,
Mutatas gaudebis aquas, grauitasque calorque
Accedent, iam mirus odor ſe naribus vltro
Ingerit, iniectosque necat ſalſugine piſces.
Multa ſapor, ſed plura color lymphae indicat, iſtum
Obſeruato memor: viridis promanat ab aere,
At niger argenti color eſt: color ater et auri,
Liuidus a plumbo, ferroque inducitur acri:
Obſcurum, et ſimilem cineri dat ſulphur odorem:

(1) Integras auri obryzi maſſas, diuerſae molis er formae ramenta aurea reperta in Vngaria et Dacia enumerat Kölöserivs in Auraria Romano Dacica Poſon. 1780. a pag. 56. Ranzanvs in Epitome. Rer. Hung. *Galeot. Marlius* L. de dictis et factis Mathiae. C. 27. *Kerſelich.* König. priuilegierte Anzeigen. &c. Sed haec periti nunc omnia reſpuunt, atque ad tabulas relegant. *S*aepe ſulphuris hepar, ſaepe ouuli inſectorum &c. pro auro habuere.

Argenti, atque auri ſimulatrix maſſa pyrites
Purpureum inducit ſuſpecto in monte colorem.

Contemplator item, cum nox aequata diei
Autumni, verisque refert exordia; quidam
Nocte intempeſta foetis in montibus ignes
Erumpunt, longisque per aera verſibus errant.
Non ſecus ac ſparſus nitrati pulueris ordo,
Scintilla ſubeunte ſuos dum laeſus odores
Incipit, et clauſas momento extundere flammas;
Ignis abit, tenuesque immigrat liber in auras.
Nec tantum efficient longos incendia tractus,
Quae pretioſorum cernes in vertice montum,
Saepe irim ſudo exortam mirabere coelo.
Huius tu varios oculo ſolerte colores
Perlegere, et quonam vergant, ſeruare memento:
Subtiles ne micent radii, an fuligine quadam
Obſcuri eniteant, an non niue purius albent?
His ſignis ipſam ſpeciem agnouere metalli,
Quos montanarum ſtimulabat gloria rerum. (1)

Svspectvm arbitrere locum, quem in monte notarit
Rima frequens, rumpit ſuccorum acerrimus ille
Spiritus, atque etiam ſaxoſa cacumina findit.
Illum etiam rimare locum, quem ſtellio turpis

(1) Bartakovits Metallurgie. a pag. 3. ad 19. NB. His rurſum obſeruationibus rerum periti parum deferunt.

Incolit, et quis quis ſtibii feruere veneno,
Ingluuiemque explere ſolet bufonis iniquam. (1)

Haec retuliſſe ſat eſt, priſcorum vt dogmata noris;
At meliora probes noſtro eruta doctius aeuo.

Gleba auri fuluo perſaepe decore ſuperbit,
Exploratores tamen haec ita ſuſtinet ignes,
Vt fucatae, abiecta luat mendacia formae. (2)

Heu fuge priuatas exploratore fodinas (3)
Quos ſumtus operum, quantos mihi ſaepe labores
Abſument, ibunt vacui ſine foenore nummi.
Prouidus hoc metuens foſſor iam rite repertas
Non prius inſequitur venas, quam parte reuulſa
Diuinatorem fortunae conſulat ignem,
Illo vate omnis diſcit ſtipendia maſſae. (4)
Si modo pars liquidam videat milleſima flammam,
Hac demum agreditur, ſpe confirmante, laborem. (5)

Crystalli inuenta ſerie laetabere foſſor.

---

(1) Bartakovits Metallurg. p. 20.

(2) Bartak. p. 24. Huiusmodi eſt *Marcaſita* auri, Graecis Chryſopyrites.

(3) Bartak. p. 25. Exploratores per ignem certam maſſae quantitatem liquando, periculum faciunt futurae, vt vocant, benedictionis.

(4) Per regulam auream.

(5) Bartakov. Metallurg. pag. 26.

Prodromus argenti eſt: venae tractusque ſequuntur,
Vnde olim expenſi veniant ad ſcrinia nummi.
Nec tibi tam prudens vnquam perſuadeat autor
Matricem cineri ſimilem non eſſe ſequendam (1)
Haec eadem argento non raro diues et auro eſt.
Incertis licet vsque oculis ſe gleba propinet,
Eſt manibus verſanda auidis, atque igne probanda.
Namque vbi vena cupro diues miſcetur et auro,
Quod forte ignarus fuluum arbitraberis aurum,
Cuprum erit, et minio quae turget vena rubenti,
Parte illa abſconſas ſeruat Gangetis arenas,
Qua nigra eſt. Hac fraude ſuos ſubducit honores (2)

TORRENTES ſubitos pertuſa effundere ſaepe
Antra ſolent, ſiquando auidos non anteit auſus
Prouida vis animi. Sic *Regi*, Amacuſa, fodinas
Conuulſiſſe ſuas *Iaponenſi* dicitur olim. (3)

ATQVOS cauta docent ſonitu praeſagia, vix dum
Murmure detecto, damnis venientibus obſtant.
Cetera de genere hoc plenis haurire medullis
Qui volet, accedat, cupideque interroget illos,
Quos Schemnitzenſes dudum docuere labores.

(1) *Plumbago.* De Molybdaena actum Supra parte III. §. XXII.

(2) BARTAK. Metallurg. pag. 29.

(3) Hiſtoire de l'Empire du Japon. p. 171. Tom. 1. Biblioth. Mitterp.

§. XXIV.

Nobile, et perfectum metallum Platina.

Omnis in Americae Platinam ſe condidit *auri*
Gloria: plus etiam grauitatis continet auro.
Duci ſe patitur minus, ac quodcunque metallum,
Sancta Fides illam dat ſquamae, aut pulueris inſtar.
Igne fluit: noſtras lex non permittit in oras
Inferri: ne quid vitii puro inferat auro;
Neu grauitati addat; quod vero eſt ductile, tollat,

Regia ſoluit aquae Platinam vis: praecipitata
Per nitrum fixum, tonitru in carbonibus edit.
Nam geminae maſſae: *Platinae*, *Nitrique*, fauilla
In candente fretus permiſcet frigus, et aeſtum;
Miſcendoque, agit vt furibundus fluctuet aer. (1)

§. XXV.

Reliqua metalla perfecta; eorumque vſus.

Album in caeruleo Stannum praeferre colorem
Cernimus: igne leui fundi ſolet; at prius illud
Rumpitur, ac duci ſe ſe patiatur, vt aurum,
Argentumque. Quia *Arſenico* reperitur opertum,
Id prius, ac nobis orbes, ollasque miniſtret,
A tabe Arſenici rite expurgare neceſſe eſt.

(1) Lvcret. L. 6. p. 230.

Qua, ſpecula e *ſtanno*, ratione metallica, fundi
Adiectis aliis poſſint: cupro, arſenicoque;
Ac reliquis: docta exponit Valmontius arte. (1)

STANNVM Aſii mittunt, mittit Saxo, atque Bohemus.
Illi mixtum aurum rigidum eſt; nec ductile, ſed *Calx*
Corporibus duris poliendis *ſtannea* ſeruit.
Caeruleo accedunt magis, albida fragmina PLVMBI,
Quam ſtanni: mutum eſt: nigreſcit in aere: vires
Ignis permodici ſentit: calx plumbea *vitrum*,
Atque *Lithargirion* diuerſos praebet in vſus.
Haec etiam ceruſſam albam, miniumque miniſtrat. (2)
AEre tonante, procul iacimus fera pondera plumbi.

HVNGARIAM, et reliquas, queis imperat Auſtria, terras
Ferme omnes *Plumbi* deprendimus eſſe feraces.
Id ſoluunt et aquae fortes, et pinguia ferme
Quaelibet. Immixtum ſtanno dat in organa viuos
Turgentesque tubos: auro, argentoque mineris
Eliciendo vſum praeſtat: ferrumina praebet.
Aptum vſt praeterea ducendo e fonte canali.
Singula ne memorem vulgo notiſſima. CVPRVM

ET rubet, et tinnit: corroditur aere lento:
Cum liquidum eſt, viret in flamma: Cementa dedere
Nomen ei cupro, quod aquae innatat, et ſua figit
Fruſta loco ferri Dominorum in vallibus. Iſtud,

(1) VALMONT de Bomare Mineral. Tom. 2. pag. 128.
(2) V. Hic PART. III. §. V.

Et quod natiuum eſt, calcis forma, atque Minerae,
Dacorum, noſtrique ferunt cum foenore montes.
Verum omnes eius cunas ac nomina paucis
Dicere, perdurum eſt. Cum ſe ſe vnire veneno
Arſenici ſoleat; tum, quod pinguedine quauis
Solui ſe patitur, caute admoueatur in vſus
Ollarum; atque adeo ſtanno obducatur, oportet.

E *Cupro, et ſtanno* fundendis aera parantur
Campanis, nec non tormentis. Cuprea ZINCO
Materies permixta dabit ſpecularia quaedam,
Et quae nominibus nequeam expreſſiſſe Latinis. (1)
Tectum etiam e cupro ſtruitur; ductumque tenellas
In lamnas ſaepe argentum mentitur, et aurum:
Cum circumduci nequit aurea fimbria veſti.

IAM FERRVM vtilius, vel forte nocentius auro,
Nigrum in caeruleo oſtentat, nitidumque colorem.
Maxima durities, par niſus elaſticus, illi
Laudem conciliat: Sueci docuere Magiſtri,
Qui poſſit duci ac tendi in ſubtilia fila.
Magneti ſe ſe adiungit: viresque trahentes
Dono artis recipit, diuturnoque aeris hauſtu.
Attamen illius lentis humoribus vna
Soluitur, et rubra veſtitur denique calce.
Ictum ſcintillat, flamma vehemente liqueſcit.
Cum terra eximitur, filicem, ramentaque terrae,

(1) *Tombac*, Pinſpec, Similor.

Vitrioli

Vitrioli ac Cupri quiddam complectitur in ſe.
Maſſam igitur viuae totam vndae inferre neceſſe
Primum eſt: vt quod aquae mollire ac tollere poſſunt,
Abradant. Reliquum vehementi exuritur igne:
Vt leuiora vapor, vel torrens auferat ignis:
Ferrum autem grauitate ſua ſubſidat in imum.
Ex alienigenis iam ferri fragmina maſſis
Cum pura emergunt, ferri, chalybiſue capeſſunt
Diuerſum e merito, ac pretio probitatis honorem.
Arte fabris nota ferrum duratur in igne,
Fitque CHALYBS fuſe hanc recitat VALMONTIVS artem. (1)

FERRVM natiuum raris occurrit in oris:
Pallaſius tamen id reperit regione Sibera.
E matrice autem nec rara educitur arte,
Nec, demta Ammerica, rara tellure creatur.
Porro eius ſpecies propriis noſcuntur ab ochris,
Nominibusque: ſpati, caementi, ſmiridis. *ochra*,
Cui nomen dederat violenta retractio, quamque
Tamquam vlnis Magnes valide complectitur, implet
Hungariam forma informi, graniue, nuciſue.
In Balatone eadem forma reperitur arenae.

PERTINET ad ferrum *Magnes*, quem Patria profert
Noſtra quoque vbertim. *Smirin* ſua praedicat orbi
Durities: polit et ſcindit duriſſima quaeuis.

(1) PLÜSCH Schauplatz. pag. 484.
Et VALMONT de Bomare. Mineral. Tom. 2. p. 172.

Menstrva Ferri ſunt: Acida, Aer, Alcali quoduis.
Non mediis tantum generatur montibus: illud
Edunt plana etiam, vel promontoria paſſim.

Ferri vſum celebrat domus omnis, vinea, campus,
Menſa, fores, currus, verbo, cuiuslibet artis
Omne inſtrumentum. Nautae Magnete carere
Non poſſunt; *ochra* pictores. Pozzola (granum
Ferri, aut caementum ſiue ochram dicere malis)
Portubus inſeruit certa arte, ac lege ſtruendis.

Ochra Metallorum calx eſt, ſpoliata nitore,
Atque ſui generis reliqua forma: Vt tamen iſtam,
Adiectis, quae abſunt, certa arte capeſſere poſſit.
Atque adeo facile eſt *ochras* deprendere plures:
AEris (quam viridis montani nomine ſignant)
Ferri, Martis item, argenti, plumbique, cuprique. (1)
Montani viridis Dominorum in valle fluentis,
Qua ratione, operae, maſſas in vincula cogant,
Bornius exequitur, docto, quo cetera, libro. (2)

(1) V. Linn. Miner. Germ. Tom. 4. 2. p. 275. *Ochra aeris* Linn, al. Viride montanum. De Terra Pozzolana, ſeu Puteolana, quam *Vitruv.* L. 2. et *Plinius* puluerem adpellant, in Baianis agris reperiunda, mixta calce, et caemento, quae iniecta mari, ſolidatur, exemplum eſt in ponte Caligulae ad Puteolos, qui ex ea maſſa ſtructus aquis etiamnum reſiſtit Lettres ſur la Mineralog. p. 180.

(2) Born Briefe. Francf. pag. 198.

§. XXVI.

Semimetalla. Mercurius, Zincum, &c.

SIGNVM imperfecti geminum ſolet eſſe metalli:
Igne volat: duci in longum, latumque recuſat.
Nam nitor et grauitas genus hoc finit eſſe metallon.
MERCVRIVM huc reuoca, ZINCVM, STIBIVM,
ARSENICVMQVE,
Et reliqua, in numerum quae paucis cogere nitar.

MERCVRIVS (viuum argentum, ac hydrargyron) alba
Argenti eſt forma. Nudum illud, virgineumque
Idria dat: dant Hungaricae, Carnaeque fodinae.
Saepius argillae, Schiſto, quarzo, atque pyriti
Inſidet: ac tritu, vel leni expellitur igne.
Mercurio laruam dat Cornea, cinnabarisque.
Cui, quia ſulphur ineſt, e ſulphure, mercurioque
CINNABARIM efficies: (1) dat natiuam Idria; plenam
Mercurio; mittit celebrem Roſnauia: montes
Foeti has Schemnitzii, Styri ſimul atque Carinthi.
MERCVRIO ex Acido Muriae fit cornea larua.
Hoc argentum fit liquidum illa parte caloris,
Quae noſtros ſenſus vehementi frigore adurit.
Summus nempe gradus cum conciliabitur arte,
Frigoris, huic fluido, conſiſtit, ſuſtinet ictus,
Incudemque. Suum cum exhalat in igne vaporem,

(1) CINNABARIS natiua eſt *Minium* antiquorum. LINN. Germ. Tom. 3. p. 47.

Peſtifer eſt; intercludit vitam ille repente.
Arte metallurgis nota argentum eximit auro.
Cum ſtanno ſpecula inducit; Toricellia praebet
Inſtrumenta, docens, quanam grauitate ſit aer.

Marcassita, aut *Viſmuthum*, pallore rubore,
(Contritumque) albo paſſim de puluere notum eſt. (1)
Id ſtanno mixtum praebet ferrumina: mixtum
Plumbo vel ſtanno, ſimulare argentea belle
Corpora conſueuit. Docimaſtae cetera laudent.

Zincvm cui faciles in longum malleus ictus
Tuto inferre poteſt, Plumbi ſolet eſſe colore.
Vtilius ſtanno ſubducit cuprea vaſa. (2)

In Stibio longae, tenues, cinerisque colore
Perfuſae adparent fibrae: volat igne, iubetque
Inde volare vna ſecum vnumquodque metallum;
Excepta Platina, atque auro. Plena omnia paſſim
Hoc terrae foetu. Dum ſtannum funditur, aurum
Dum concinnatur, nummusque, typusque feritur,
Magno vſu ſtibium ſe ſe commendat: eidem
Aduerſus cariem vis certa; at ſumta ſub ima
Viſcera, corrodit tetro inteſtina veneno.

Gmellino tamen id minime placet. Hauſerit illud
Imprudens aliquis: vomitu ſe purget, adacta

(1) V. hic part: III. §. XXIII.
(2) V. Piller Miner. pag. 73.

In ſtomachum large tepida vnda, lacte, oleoue,
Quae repetens vna thermis vtatur, et alui
Clyſtere: antidotum praebent haec omnia tutum. (1)

Plvmbevs Arsenici color, aere flauus, et ater
Efficitur: lamnas tenues, et in igne volantes
Exhibet: allia peſtifero mentitur odore. (2)
Argentum ſimulat, mixtum cupro: enecat hauſtum
Glires: a carie, quae velat ligna, tuetur.
Eius pulueribus conſpergere viſcera poſſunt
Quadrupedumque, auiumque, quibus ſpectacula curae eſt
Muſaeis inferre ſuis; ſed tutior herba eſt,
Et ſalis aſperſi praebens ea commoda virtus.

Forma politi inſtar chalybis bene cana Cobalto eſt:
Duritiem fragili ſociat: mixtumque videtur
Quidquid id eſt, Ferro, arſenico, ſtibioque, cuproque.

Niccolevm ex alba in rubram ſe flectere formam:
Fractis particulis ſplendere: et ſulphure mixto,
Ac ſtibio turgere ſolet, grauitate Cobalto
Maius, abit varias in vitri, vt *Cadmia*, formas. (3)

(1) V. Linn. Min. Germ. Tom. 3. p. 95. *Antimonium mineraliſatum*, apud Cronsted. pag. 245. et ſequ. Federertz. Hoc rarum Antimonii genus teſte *Bornio* apud Klein p. 21. fin. reperitur ad Schemnitzium. Stibivm aliter Antimonium. Habetur in Liptonia, &c.

(2) *Arſenicum* reperitur Felsö Banyae, Cremnitzii, &c.

(3) Cadmia al. Cobaltum. V. Cronsted Miner. p. 254. 260. Linn. Min. Germ. Tom. 3. a p. 135.

Has autem et reliquas ſpecies cui noſcere mens eſt,
Ille oculis potius, quam libro vtatur, oportet:
Deinde Magiſtrorum dictis accomodet aurem.

§. XXVII.

De corporibus Indigenis ſeu Compoſitis, ac de Adventitiis.

Qvae reliquo generi non conuenientia, reſtant,
Compoſitorum, aut Indigenum concludo caterua.
Iungo his extremum, quae *Petrae Facta* vocantur.

Argillae et Calcis commixtio praebet Ophitis
Marmora, per Thuſcos diuerſa voce notata. (1)

Ervta ſaxa molis, et granis comminuendis,
Componit Quarzum, Granatum, et Mica; poliri
Rite duo poſſunt inſertis ſubtus arenis.

E mica et quarzo Cotem natura parauit.
Illa acuit Chalybes: Oriens quam mittit oliuae,
Aut quam Germani cineriſue auriue colore
Imbutam vendunt, reliquas ſupereminet omnes.
Nomen ei generi raſura *Nouacula* barbas,
Grande dedit: reliquum in Linneo perlege vulgus. (2)

---

(1) Nomen iis: ſerpentino antico: marmore Pozzouera di Genua &c.

(2) Linn. Germ. Tom. 1. a p. 497.

IASPIS, ſcintillanſue ſpatum, vel mica, Baſaltes,
PORPHYRION generant: (1) Terit in ſubtile colores.
Hunc lapidem Nilus mittit; vel Moldaua nobis.

GRANITES celebris poſitis per Regna Canopi
Molibus, (2) e Mica, Granatis, ſiue Baſalte
Conflatur. Celſis in montibus occupat imum.

GLVTINE commiſſi lapides pro glutine arenam
Saepe gerunt. Quoties facile eſt diſcernere cuncta haec
Vincula (qualia ſunt: Conchae, calcarea terra,
Iaſpis, vel ſilices) *Collectio* BRECCIA dici
Adſolet: hi lapides poſſunt perſaepe poliri:
Atque ita marmoreum longe ſuperare nitorem.

DENIQVE arenoſi generis ſunt omnia, per quae
Segmentis varie ac granis aptantur arenae
Firma vi: in muris lapis hic ferme optimus: illum
Nec flammae rumpent, nec edax fortaſſe vetuſtas.
Ex his coniicies, quo poſſint *ſaxa* referri
Cetera, quae vario Linneus nomine ſignat. (3)

(1) PORPHYRION al. Porphyrites.

(2) V. Liber. *Régi jeles Epületek.* De obeliſcis. L. 5. c. 7. pag. 297. *Tirnau.*

(3) LINN. Miner. Germ. Tom. I. a p. 596.

§. XXVIII.

De Aduentitiis, quae vulgo Petraefacta adpellantur.

ADVENIVNT etiam vegetato, aut ex animali
Regno, in FOSSILIVM numerum noua corpora quaedam,
Aut illic potius reſolutis oſſibus, herbis,
Ac plantis per vim fluidorum, ſpirituumue,
Mole pari, formaque pari ſe Foſſile ſiſtit.
Saepe hac forma igitur cruſtam deprenderis; et, ni
Rite animum aduertas, animal tranſiſſe putabis
In petram (Lapides picei ſic ludere quosdam,
Conſueuere) petrae facti fruſtra eſſe putantur.

OSSA Elephantorum cenſebant eſſe Gygantum
Nonnulli exuuias; at plura hic ſigna requires:
Vt certae poſſis inuenta adſigere claſſi. (1)

IN noua mutatas Gmellinus corpora formas
Exhibet innumeras, Linnei Scripta ſequutus.
Haec adeat, qui mira cupit ſpectacula rerum. (2)
Illic conſpiciet durata animalia fiſſo
In ſilice, vt conchas; rubicunda coralia, fructus,
Imo etiam remos, apluſtraque fracta, carinas.
Saepe etiam ad fractas tabulas in monte repertas
Eruta ſunt hominum multorum ſaxea membra;

(1) V. LINN Miner. Germ. Tom. 3. fin. et 4. initium.
(2) V. LINN. Tom. 3. et 4. fin. et initium.

Oſſaque, et armorum, et varii veſtigia amictus.
Haec ſiccis, altisque vna ſunt ſaepe reperta
Montibus, a ſalſo diſtantibus aequore longe.
Sunt et in Heluetiis ea rupibus, atque niuoſis
Alpibus. Omnigenos diſciſſa caute videmus
Piſces: in duro non deſunt corpore ſquamae,
Spinarumque tenor, dentesque, oculique rotundi
Omnia naturae ſpeciem ſeruantia veram.
Certaque quin etiam Phocarum, et grandia Cete
Viſuntur ſpolia, et diuerſis conſita conchis
Viſcera telluris praecelſo in monte cauata.
Totius Europae demum quis neſciat iſtis
Portentis foetos montes, Aſiamque feracem,
Et Lybiam, atque alio terras ſub ſole repertas?
Quidquid ſub pelago viret, innatat, omnibus haeret
In ſcopulis, durae moliti viſcera terrae
Inueniunt homines: lapidis tactu omnia conſtant:
Sed remanet ſua forma vel imis certa medullis,
Et modus, atque color; nec congeſta omnia caſu,
Proiecta et temere; at veluti conſtrata manu ſunt,
Formae quaeque ſuae, tum ponderis ordine certo. (1)

§. XXIX.

DISSERTATIO De Aduentitiis corporibus, quae intra celſorum montium viſcera reperiuntur.

ILLORVM ridet STAYVS Commenta: Cometis
Qui tribuunt formam terrae in contraria verſae.

(1) V. BENEDICT. STAY Philoſophiae recentioris L. 4. pag. 100. a v. 1340.

Credere namque illinc terris veniſſe ruinas,
Aut inſtare nouas, venturaque fingere corde
Sollicito nimis, et tam rara timere pericla,
Fas equidem *non eſt.* Nouit, *qui condidit orbem*
Facto quid ſit opus, bene vti partita viciſſim
Maxima ſint, quae ſe ſe huc illuc corpora voluunt;
Quodque ſua, *alterius ſine noxa*, vt lege teneri,
Atque loco poſſit, tantosque innectere motus.
Hinc videas, quare cum ſex errantia circum
Sidera deproperent, orbem prope quodque per aequum,
Vna et planitie pariter prope cuncta locentur,
In ſpatia errantes adeo diuerſa Cometae
Diſperſi varium percurrant vndique coelum:
Nam cum circuitu bis in omni ſemper ad aequos
Perueniant tractus ſpatiorum a ſole, profecto
Diffiicile eſſet; vti ſemper vitare valerent
Incurſum inter ſe gemini, cuiusque niſi eſſet
Orbis planities alia regione locata;
Atque alii inclinata nimis cuicunque: per aequor
Vnum nam ſi omnes irent (niſi forſitan orbis
Orbem alium cingens prorſus concluderet intra)
In geminis punctis orbis quicunque ſecaret
Orbem alium; quare toties, totiesque ſecando
Multiplices per circuitus occurreret aſtro
Perfacile aſtrum aliud, perturbaretque, viciſſim
Turbaretur item, atque illata incommoda ferret.
Quapropter tantum cum diſtent auia longe
Per loca dimoti, diſperſique vndique coelo,
Scire licet, ſic, naturam vitare tumultus
Horrendos, atque inſontes voluiſſe Cometas

Labi, et ciuili non aſtra inuoluere bello. (1)

At nos Nevtoni veſtigia docta ſequuti
Rerum naturam Hungaricis expromere verbis
Auſi, haec mutatae dedimus miracula terrae
Cum cauſſis. (2) Ad quas late trans aequora quondam
Effuſum mare concurrit, concuſſaque terra
Horrendo motu, et tonitru; eructantibus ignem
Saepius accenſae telluris hiatibus olim.
Acta ea praeſertim, tumulataque corpora ſummos
Supra apices fuerant ſine lege furentibus vndis,
Cum mare cum tellus *nullum* diſcrimen haberent,
Cum tegeret tumulos immenſa licentia ponti:
Pulſarentque noui montana cacumina fluctus. (3)

Id quiſnam ſtatuat cauſſarum pondere certo:
Omnia num fuerint praecelſa cacumina montis
Arida, quae nunc ſunt; num *quaedam* immerſa profundo
Vt modo qua graciles carpunt ſua pabula caprae,
Olim deformes agitarint corpora Phocae:
Parsque orbis nemoroſa, ſalo ſit condita, parte
Cum ſcopulis alia (ſed quam digito indice raro
Definire queam) iuſſa ſe euoluere ponto,
Veſtirique nouis terris, ac ceſpite; ventis
Puluereas nubes, ac rerum ſemina paſſim

(1) Stay. Philos. recent. L. 6. a pag. 264. v. 1663.

(2) A' *Terméſzetiekröl* Nevvton *Tanirványinak nyomdoka ſzerént.* Poſon. 1777. Tom. 2. pag. 158.

(3) V. Ovidii Metamorph. L. 1. n. 10. l. 33.

Spargere connisis. Certum eſt maria alta fuiſſe
Paſſim illic, vbi nunc madidas radentia nubes
Saxa fragoſa vides, in montibus: idque marinis
Corporibus toto montes replentibus orbe
Euinci; atque adeo totam vno flumine terram
Olim ſubmerſam effuſis latuiſſe ſub vndis,
Credita res priſcis a prima aetate; nec vnquam
Ceſſante orbe ſuae veſtigia certa ruinae
Praebere; et per aquas accepti inſignia damni. (1)

§. XXX.

Concluſio.

Qvod fuit in votis (memori tria Regna tabellae
Incluſa, ardenti ſtudiis efferre iuuentae,
Nominibus diſtincta nouis) exegimus. Eſt, cur
Haec variis formis diuerſa volumina tractent,
Ac ferme obtrudant etiam renuentibus ipſis:
Vt fortunatam plene praeſtantia vitam; (2)
Cognita ſi recte rectos vertantur in vſus.

Nos laurum noſtris debemus iure Magiſtris,
Quorum conatu, ac docta profecimus arte;
Quosque libri noſtri quiuis margo indice monſtrat,
Et celebrat digito. Nec enim menti incidit, vmbra
Hos premere, a quorum nos lucem poſcimus vmbris.
Nec tanti ſumus, vt, quamuis id forte velimus,

(1) Plvche Schauplatz. pag. 473.
(2) Horativs. epiſt. II. L. I.

Poſſe ſinant vires. Illos verſate diurna,
Nocturnaque manu, o Iuuenes! Acuentibus illis
Ingenium, e noſtro conatu ſumite tantum,
Quod vobis vires aduerſum obliuia praeſtet;
Quodque ſuis inſtructa notis noua nomina rerum
Praebeat, Europae variis inſignia linguis.

Ivverit idcirco haec; Cari meliora ſequutum
Exempla, Aonii melle aſperſiſſe leporis;
Neue parum moueant fortaſſis noſtra, vetuſtos
Hoc in concilio iuſſiſſe inſidere vates.

Est porro hic primum id, ſummum, praeque omnibus vnum:
Vt, cum naturae triplicis mirabile Regnum
Mente agitas; fines, cauſſas, nexumque reuoluens,
Totus in Autorem rapiare: bonumque, potentem,
Et mire ſapientem vna cognoſcere certes.
Grata ſume manu, quam fortunauerit horam (1)
Naturae auxilio; nec in illum propria verte
Munera, iniquo vſu, Numen, Patremque laceſſens.

Aspicis, vt vires, atque ornamenta miniſtrent;
Tecta, dapes, veſtem, medicamina, rite ſcienti
His vti, *Plantae*, *Lapides*, *Animalia*, *Terrae*.
Aſpicis, ingenio quanta inſtrumenta ſciendi
Suppeditent: vt alant Artes, vt nosque, ſuumque
Cuncta genus, connexa vi, tueantur; & ornent.

(1) Idem. ead. ep.

Si quidquam exile eſt, age! mundo ſubtrahe *Terram*:
Libera per vacuum pones veſtigia nullo
Remigio alarum ſuffultus crura, manusque.

Avt ſpolia *lapides Terra*; aut vertantur in *Aurum*
Omnia: quo gremio maturos ſemina foetus
In tua protrudent alimenta, & cetera vitae
Praeſidia? Inuiſo merito torqueberis *Auro*:
Attonitus nouitate mali; diuesque, miſerque. (1)

Deme autem contra *Telluri ſaxa*, vel oſſa
Propria, quaeque illis immixta tenaciter haerent;
Vt ſunt: *Gemmae*, *Aurum*, *Ferrum*; concuſſa repente
Tota cadet moles; accenſo ſulphure tota
Diſſiliet; luteasque domos procumbere coget.
Vt nihil addam etiam, quid (aqua irrumpente ſub antra
Aereque expanſo) queat huc accedere damni;
Si muros tollas, & propugnacula *Terrae*.

Provida vis igitur, ſapientia Numinis vna,
Condidit haec. Sapienter enim vis mutua nectit
Omnia; partem pars, & totum quaelibet harum
Ordine fini apto conſeruat legibus aequis.

Natvrae ſibi ne obturbent tria Regna; nec vnquam
Alterum in alterius fines irrumpere poſſit;
Euerſo officio, vel turbato ordine rerum;
Imo, vt praeſidio ſibi ſint; loca, tempora, fini,

(1) V. Ovidii Metamorph. L. 11. p. 433.

Ac generi proprio ſeruent accomoda, *Mentis*
Id fuit, intuitu, quae ſingula viderit vno,
Finem cum mediis, nexum, vſum, commoda mille. (1)

Noxia, quae cenſes, docuit *Sapientia*, poſſe
Praeuerti; docuit varii medicaminis vſu
Depelli: docuit poſſe in tua commoda verti.

Qvae ceu parua, orbi poſſe arbitraris abeſſe,
Si tite aduertas animum ſunt grandia mundi
Auxilia, innumeris certe vſibus inclita ſaepe.

Nil paruum eſt, ſine quo non conſtant magna. Per vſum
Paruula quantumuis res ſit permagna frequenter.
(Multiplicem hic vſum, crebrumque reuolue; nec illum
Neglige, qui latet e tenebris nondum erutus altis)
Vt nunquam omnipotens ſapientia deſinat eſſe
Miranda, & bonitas ſemper ſit amabilis, a qua
Tamquam fonte fluit, quidquid *Sapientia* promit.

Qvantvla pars mundi ferrum eſt? nihilominus vſus
Illius innumeros quis neſciat eſſe? latentque
Nonnulli forſan; velut is, quem ſecula noſtra
Euoluere: per id diſpelli fulmina poſſe. (2)

Parvvla res mundi totius *palma* videtur:

---

(1) V. Miller Handbuch. p. 597.
(2) V. Mako Diſſert. De Fulmine Edit. Nou. Budens.

Illa tamen, diuina vt ſe *Sapientia* miram
Exhibeat, praebet tercentis commoda plura. (1)

Res exilis *Apes*, *Mellis* dulcedine, *Cerae*
Lumine, tum *Mulſi* medica vi, deinde laboris
Aſſidui *Exemplo* (quis paucis cogere poſſit
Tam multa in numerum!) proſunt noſtrae vndique vi-
tae. (2)

Plinivs e veteris medicinae dogmate certo
Cera, *et Melle* probat morborum plurima pelli
Agmina; foecunda haec vna auſus dicere mille
Auxiliis. (3) Mel nempe vetat putreſcere corpus.
Hoc ſoliti quondam condire cadauera *Perſae*,
Triſtes exuuias tabi eripuere ſepulcri. (4)
Mel domat, et perimit fungorum horrenda venena,
Quae *ſerpens* ictu conflauit vulnera, ſanat.
Praeſidio eſt lateris, pulmonis, gutturis, omni

(1) V. Phytolog. part. 2. §. 7.

(2) V. Zoolog. part. 3. §. 6.

(3) Plin. Hiſt. Nat. I. 11. p. 592. Hard. Bibl. Patach. Fauos conficiunt, et ceras, *mille* ad vſus vitae. Hardvin. hic. His ſiquis diſſertationem D. *Maraldi* adiunxerit, quae eſt in Hiſtoria Acad. Reg. Scient. an. 1712. a p. 299. plurimum ex ea lectione eruditionis colliget, & voluptatis. *Confer.* Scherferum de Cellulis Apum.

(4) Plin. Hiſt. Nat. p. 282. (Melli) gignendo animal (fabricata eſt natura) *innumeros* ad vſus: ſi quoties miſceantur, aeſtimemus. Plin. L. 22. p. 283. Harduin. ibid. ex Democrito; Varrone, Herodoto.

Pene

Pene malo: tuſſim *Mulſae* compeſcit *aquae* vis.
Morbum etiam arquatum, et ſignatum Nomine Regis,
(Molliter hic quoniam celſa curatur in aula) (1)
Mulſo depelli, Varroni credere fas eſt. (2)
Proluerant veteres leni praecordia *mulſo*:
Et vitae cauſſa biberant diluta Falerno
Mella (3) Horum vſum, qui recta temperat arte,
Viuere centum annis demonſtrat Pollio poſſe. (4)

QVORSVM haec? vt modicis mille vſus rebus ineſſe,
Obſerues, et opus Diuini Numinis, in re
Qualibet exigua ſemper mirabile laudes;
Artificisque *potens Sapientia* te ſibi totum
Vendicet; obſequiumque tui lucretur amoris.

(1) SEREN. Samon. cap. 59.
(2) PLINIVS. L. 22.
(3) HORAT. Sat. 2. et 4. L. 2.
(4) PLINIVS. L. 22. pag. 244. Centeſimum annum excedentem (Pollionem) D. Auguſtus hoſpes interrogauit: quonam maxime ratione vigorem illum animi, corporisque cuſtodiſſet. At ille reſpondit: intus mulſo foris oleo.

ORYCTOLOGICON.

INDEX I.

MINERALIVM.

Eorum Nomina exponuntur Latine. Vngar. Germ. Gallice, iuxta Seriem Claſſium. (1)

SALIA.

SAL marinus officin. pharmaceut. Tenger-só. See Saltz. Meer Saltz. *Sel commun.*

S. Fontanus. Vizi só. *Só-viz.* Sós-viz. Brunnen-Saltz. Quell ſaltz. ſood ſaltz. *Sel de fontaine.*

S. *Foſſilis.* (ſal gemmae officin.) Akna-só. Bánya-só. Kö-só. Steinſaltz. Bergſaltz. *Sel gemme. Sel foſſile.*

S. Ammoniacus. Szalamia, Salmiák. Salmiack. *Sel ammoniac.*

VITRIOLVM Martis, ſeu Ferri (viride: commune Officinarum. Item Atramentum Sutorium.) Gálitz-kö. Zöld gálitz-kö. Grünergemeiner vitriol. *Vitriol verd. v. commun.*

V. Veneris (cyprinum: cypreum, cupri: vel, vitriolum caeruleum officin. Kék-kö. Kék gálitz-kö. Réz-só. Blauer vitriol. *Vitriol bleu. Couperoſe. Vitriol de Cypre.*

V. *Zinci.* (album Linn. & officin.) Fejér-gálitz-kö. Weiſſer vitriol. Galitzenſtein. *Vitriol blanc.*

ALVMEN commune. (crudum off.) Timsó. Alaun. Gemeiner Alaun. *Alun commun.*

A. Romanum. (al. rubrum. item alumen Rochae off.) Veres Timsó. Rother Alaun. *Alun de Roche.*

---

(1) HVNC INDICEM in acceptis fero CL. D. IOSEPHO BENKŐ H. C. M. Közép-Ajtenſi, in Tranſilu. cuius magna in rem literariam merita paucis indicaui, *Phytologici* pag. 61. et pag. 83. Huic pauca aliunde adiecta ſunt, cum adnotationibus nonnullis.

A. Plumoſum. (Nativ.) Szöſzös Timsó. Feder Alaun. *Alun de plume.*

NITRVM natiuum. Sálétrom. Salitrom. Termés-ſalétrom. Salpeter. Salniter. Salitter. *Salpetre. Nitre.*

NATRVM Aphronitrum (Natrum murorum; item Sal Calcarium Linnei) Méſz-só. Salétromtajték. Szék. Szèksó. Mauer Saltz. Salitterſchaum. *Sel de muraille.*

Natrum Fontanum (huc pertinet Sal Epſomenſe, ſeu Anglic. Sedlitzenſe. S. Mirabile Glauberi, Vmoenſe Sueciae.) Has-tiſztitó-só. Savanyu só. Vad-só. Purgirſaltz. *Sel purgeant.*

BORAX Tincal. Póris. Termésporis. Értz olvaſztó-só. Borax. *Borax.*

PHLOGISTICA.

SVLPHVR natiuum. (Pyrites natiuus Linn.) Kénkö. Schwefel. Lebendiger Schwefel. *Soufre. ſoufre vif.*

AMBRA griſea (Ambra ambroſiaca Lin.) Amber, Ambra. grauer Amber. *Ambre gris.*

SVCCINVM electricum. al. Electrum. Gyánta, Gyántár. Agſtein. Gentar. *Carabe. Succin. (Ambre.)*

BITVMEN Naphta. (Napht. Off.) Török-Viziolaj. Naphten. *Naphte.*

B. *Petroleum* (Petrol. off.) Kövi olaj. Steinoehl. Bergoehl. *Petrole. Huile de pierre.*

B. *Maltha.* Deget. Zsidó-enyv. Juden Pech. *Bitume Judaïque.*

B. *Aſphaltum.* Hegyi-ſzurok. Bergpech. *Aſphalte.*

B. Ampelites. (al. pix montana) Földi-ſzurok. Erdhartz. Hartzerde. Hartzpech. *Terre ampelite. Pierre noire.*

B. Lithantrax. (Carbo petrae) Tüzi-kö. Kö-ſzén. Stein-Kohle. *Charbon de terre.*

B. Gagates. (Gagas Linn. Succinum nigrum Off.) Köenyv. Berg-Wachs. Geeſt. *Jays, Jayet.*

TVRFA. Tüzi föld. Torf.

E 2

TERRAE.

TERRA Calcarea (pura. al. Agaric. miner. al. puluerul.) Méſz-por. Schwediſch blecke.

T. *Calcarea* indurata. Meſzes-kö. Kalkſtein.

CRETA vulgaris (Calx creta Lin.) Kréta. Kreide. CRAYE. Lac Lunae (Calx Gur. Lin.) Kö-téj. Köſzikla téj. Weiſſer ſteinmarck. *Lait de Lune.*

STALACTITES Stillatitius et Spatoſus Linn. Tſepegés-kö. Tropfſtein. *Stalactite.*

GYPSVM. Máz. Gips.

GYPSVM. Glacies Mariae (Natrum glac. Lin.) Jég kö. Boldog Aſzſzony' jege. Frauen-eis. Marienglas. *Glace de Notred me.*

GYPS. Alabaſtrum Lin. Alabaſtrom. Alabaſter. *Albâtre.*

MARMOR nobile. Márvány-kö. Marmel. Marmelſtein. *Marbre.*

TOPHVS Oſteocolla Lin. et off. Tſont-forraſztó-kö. Bein-bruchſtein. *Oſteocolle.*

MARGA friabilis. (Argilla marga Lin.) Anya-föld. Mergel. Mergel. Stein-marck. *Marne.*

ADAMAS (gemma) Gyemant. Diamant. *Diamant. Cetera quarza.* Rubin. Saph. &c. vſitata Latinis Nomina retinent (Vng. Germ. Gall.)

SILEX. Kova. Kieſel. (al. pyromachus; lapis Corneus) *Nota.* L. Corneus Germanorum, al. Petroſilex. Hegyi tüzkö. Bergkieſel.

ARGILLA porcellána. Portzellán agyag.

SMECTIS. (Talcum Smectis Linn.) Szabó-Kréta. Weiſſe Kreide. *Cimolée blanche.*

TERRA Lemnia, Lemnuſi petsétes föld. Lemniſche ſigelerde *Terre de Lemnos.*

SCHISTVS Tabularis. Fekete-tábla-kö. Tafelſchieferſtein. *Pierre de table noire.*

Talcum. Rubrica fabrilis Lin. Veres Kréta. Atſok vereskö-ve. Rhoter Stein. *Ochre rouge.*

ASBESTVS (Amianthus Asb: Lin.) Asbeſt-kö. Tüzgyöző-kö. Federweiſs. *Amiante.*

TERRA *Tripolitana.* Tripoliſi föld. Trippel. *Tripoli.*

Lazulus. Lázur. Aranyas kék-kö. Laſurſtein. *Pierre d' Azur.*

METALLA. SEMIMET. &c.

AVRVM natiuum. Arany. Gold. *Or.*

ARGENTVM natiuum. Ezüſt. Silber. *Argent.*

STANNVM. Fejér ón. Zinn. Etain. *Plomb blanc.*

PLVMBVM Fekete ón. Bley. *Plomb.*

CVPRVM. Réz. Veres Réz. Kupffer. *Cuivre.*

FERRVM. Vas. Eiſen. *Fer.*

MAGNES. Magnes. Magnetſtein. *Aymant.*

SMIRIS. (Ferrum ſmiris Lin.) Üveg-metſzſző-vaskö. Schmirgel. *Emery.*

MERCVRIVS natiuus. (Hydrargyrum virgineum Lin.) Kénesö. Qveckſilber. *Mercure.*

CINNABARIS natiua. (Hydrargyrum Cinnab. Lin.) Tzinóbriom. Cinnober. *Cinabre mineral.*

ANTIMONIVM (Stibium Striatum Lin.) Piskoltz Spieſglaſs. *Antimoine.*

ARSENICVM Citrinum. Siue Auripigmentum. (pyrites auripigment. (Arany-sarga. Sárga egér-kö. Sárga értz-méreg. Operment. Goldgelb. *Orpin. Orpiment. Arſenic jaune.*

ARSEN. Natiuum. (albidum.) Egér-kö. Féreg-kö. Fejér-egèr-kö. Fejêr értz-méreg. Roſnika. Arſenic. *Arſenic.*

A. rubrum, ſeu ſandaracha Graecorum. (Arſenicum Sandaracha Linn. Aliis al.) Veres Egér-kö. Veresértz-méreg. Rother arſenic. Rauſchgelb. Rother Swefel. Feuer Schwefel. Roth operment. *Orpin rouge. Arſenic rouge.*

VISMVTHVM Biſzmut. ſic. al. Linguis.

Cobaltvm. Kobolt. Kobolt. *Cadmie.*
Coscotaria. Köſzörü-kö Schleiff-ſtein. *Pierre à aiguiſer.*
Pvmex (Pum. Vulcani Lin.) Tajték-kö. Bimſtein. *Pierre ponce.* V. *Valmont.* inter producta Vulcania. p. 289.

APPENDIX E METALLVRGICO BARTAKO VITSIANO.

Aurum obryzum. Finom-v. tiſzta arany. fein gold.
Auri glarea. arany Követſes föld. Gold Kieſs,
Balluca, balux, Balax Plinii. Por. v. fövény arany. Gold ſand.
Chryſocolla. Arany enyv- v. arany ragaſztó. Goldglett.
Marcaſita auri. Aranyſzinü hamis értz-kö. nonnullis *zincum* dicitur. V. *Valmont.* p. 54.
Scoria Salak.
Argentum puſulatum. Finomezüſt. Fein ſilber.
Argyropyrites marcaſita argenti. Ezüſt ſzinü hamisértzkö. Silber márkaſiten.
Helcyſma. Olvaſztatott ezüſt értznek ſepreje. Silberſchlaken.
Talcum. Ezüſthöz haſonló keménykö. Silber Weiſs.
Plumbago Argentum continens. ón és ezüſtköz-ér a' bányában. Silberhaltigerbley. Glantz.
Auraria. Arany bánya Goldgrube.
Puteus rectus. Caverna metallica. Bányaluka. Rechterſchacht.
Cuniculus v. arrugia. A' bányában a' föld alatt, egyenes járás ſtollen.
Matrix Metalli. bányáſzna annya. Quartz.
Molybdæna. Crudaria. Galena. *Plin.* Ezüſt-ér. Silber ader.
Segullam Plinii aranyér. Aranynakjele.
Argentum rude rubrum. Veres ezüſtértz. Roth gülden Silberetz.
Argentum rude album. Fejér ezüſtértz.

INDEX II.

Continens Opp. Autorum, qui in hoc Oryctol. laudantur, illuſtrantur.

BARTAKOTITS. Metallurgic.
BENKÖ Joſephi Nomenclat.
BELII Compend.
BORN, C. et FERBER.
CHARLEVOIX Hiſt. de l'Isle Eſpagne.
CRONSTEDTS Verſuch.
DEMOCRIT. VARRO, HERODOT. apud Harduin.
FERBERI Epiſtolae.
GARCILLASSO Hiſt. des Yncas.
GMELIN. Linn. Mineral. German.
HARDVINI Not. Plinian.
HISTOIRE de l'Empire du Japon.
HORATII opp. V.
KLEIN Samlung.
KAVFMANS Magazin.
KÖLÖSERII Auraria.
LVCRETIVS cum Antidoto.
MARALDVS apud Hard.
MAKO C. C. de. Fulmine.
MILLER. Handb.
MITTERPACHER. Hiſt. Plant. Oeconom. &c.
PILLER. Element. Hiſt. N. P. III. R. Miner.
PLINII. Hiſt. N. cum Not. Hard.
PLVCHE. Schauplatz.
PYTHAGORAS. apud Ouid.
PHYTOLOGICON.
RATH. Ephemerid.
REGI Ielcs Épületek.

SEREN. Samonic.
SOLIS Anton. Cortes.
SCOPOLI Cryſtallographia.
STAY Philoſophia.
SCHERFER de Ap.
VALMONT de Bomare.
VIRGILII Opp.
ZOOLOGICON.

INDEX III.

Continens variam Doct. Virorum, in hoc Oryctologicon, Epigraphen.

I.

AVGVSTINI PVPIKOFER, Phil. Doct. Repet. Human. Profeſſoris. Pro-Direct.

Αργυρον εἰ διψᾷς, καὶ χρυσὸν, τὴν χθόν' ὀρύσσε.
Ενταῦθ' εὑρίσκω χρυσὸν, ὀρόσσε χθόνα.

II.

SAMVELIS RATZ. Med. D. Profeſſ. Ord. in R. Vniu. Bud.

Quod decus informi Terrae dant Quarza, Metalla,
Hoc Auro, et Quarzis dat Liber iſte decus.
Auri, et Quarzorum proba ſunt cos, flamma; Libelli
Iſtius, Autorum copia Nobilium.

III.

WOLFFGANGI TÓTH. Phil. Doct. Human. I. et Sen Prof. in R. Vniu. Bud.

Fida comes veri, munit doctrina Libellum:
Ornant concilio *Tresque*, *Nouemque*, ſuo.

IV.

DAVIDIS SZABÓ Human. I. et Senior. Profeſſ. in R. Acad: Caſſou.

MOLNAR, cum caneres ANIMALIA, viſa fuere
Velle loqui, grates velle referre Tibi.
Cum ſcribis PLANTAS, Libro infers Rure; placentque
Sic Libro, vt Ruri diſplicuiſſe putes.

Nunc, cum TERRAM aperis, Naturam eludis, et arcto
  Clandere quas certat carcere, pandis opes.
Materia eſt Cybele; formam Muſa addit: vtramque
  Quod penitus noſcas, Zoilus ipſe neget?

ORSZ. SZÉCHÉNYI KÖNYVTÁR

Errata - - - -	*Corrige.*
Pag.	
5. Acceruus.	Aceruus.
Ibid. eineres.	cineres.
6. fere.	ferme.
7. Illicet.	Ilicet.
10. cepulata.	connexa.
12. copulantur.	iunguntur:
25. AMARA.	AMBRA.
26. elauſa.	clauſa.
27. fiſſilis.	foſſilis.
38. v. 8. Quarza.	Gemmae.
57. Inerepat.	Increpat.
58. Marlius.	Martius.
67. Has.	Hac.
69. Liptonia.	Liptouia.
80. miſceantur.	miſceatur.